

Zum [Inhaltsverzeichnis](#)

[Zurück zu S. 538](#)

[Zu S. 539](#)

[Korrespondentenverzeichnis](#)

[Absendeorte der Briefe](#)

[Personenverzeichnis](#)

[Schriftenverzeichnis](#)

[Sachverzeichnis](#)

[Abkürzungen, chemische Zeichen, Berichtigungen](#)

[Fundstellen-Verzeichnis der Druckvorlagen](#)

130. DETLEV CLÜVER AN LEIBNIZ

Hamburg, 4. (14.) August 1697. [99. 136.]

Überlieferung: *K* Abfertigung: LBr. 163 Bl. 20. 2°. 2 S. Bemerkungen u. Korrekturen von Leibniz' Hand (*LiK*).

Monsieur,

Hambourg le 4 d'Aout 1697 5

Votre lettre du 24 de May avec une autre de M^r Bernouilly m'a été bien rendüe, mais les chicaneries avec ces Advocats de Wezlar m'ont empeché jusqu'à cette heure de vous faire une reponce. J'ay leu avec attention ce que vous dites avec ce M^r le Professeur, touchant ma quadrature de [la] Parabole. Mais je trouve que les objections que vous faites me detourneront jamais de mon opinion, c'est à dire que les autres Mathematiciens ne se soient trompez d'affirmer, que celle d'Archimede soit faite selon la rigeur Geometrique: et je vous en prie de me faire sçavoir, si vous voulez prendre la peine d'envoyer ma reponce à ce M^r Bernouilly, enfin que l'on puisse decouvrir la foiblesse de ses objections. Il dit bien, que tout ce calcul, qu'il a mis dan[s] sa lettre soit fait ou dressé selon votre maniere, mais cela me paroit une chose incroyable, à cause que je sçay, que vous ne pouvez approuver un calcul de cette nature dont il n'y a pas une Equation, qu'il soit veritable, et pour vous faire voir la force de son paralogisme, j'ay marqué icy en bas la faute, qu'on trouve tout d'abord: bien loin de ce qu'il dit, qu'il peut trouver la même quadrature de la parabole, sans mes nouveaux principes, et j'en ay peur que tout ce qu'il a mis dans les Actes de Leipzig ne soient enveloppé avec des suppositions bien fausses, dont il a fait un detail dans sa lettre. Et en general, Monsieur, il faut dire franchement que si vous ne changez pas dans ce calcul differentiel en dx , dy et autres semblables quantitez, que vous prenez tout d'abord comme les moyens invariables de determiner la dimension de l'infiny, je dis que jamais vous trouverez la moindre exactitude dans votres conclusions, parceque ces dx , dy etc. veulent encore etre divisées ou en unifor^{té} des autres $d.d.$ etc. ou plutost elevées

Zu N. 130: Die Abfertigung, der ein Exemplar von Clüvers *Coelum Caesaris oder kurtze Erklärung der Himmels-Figur*, 1697, beilag, antwortet auf N. 99 und wird durch N. 136 beantwortet. 6 de M^r Bernouilly: Jac. Bernouillis Schreiben an Clüver vom 6. Februar 1697 (LBr. 163, Bl. 29–30; Jac. BERNOULLI, *Briefw.*, S. 155–159). 7 les chicaneries: Es handelt sich um Clüvers Erbauseinandersetzung. 7 Advocats: nicht ermittelt. 19 dans les Actes: vgl. Jac. BERNOULLI, *Specimen alterum calculi differentialis*, in: *Acta erud.*, Juni 1691, S. 282–290.

à d^2 , d^3 , d^4 etc. Outre il est evidente, que vous avez jamais appliqué votre calcul pour la recherche des centres de gravité, ny encore moins pour la construction des Corps Solides, qu'ils se font par une rotation, parceque vous trouverez aussi tost, que ces differences insensibles, que vous negligez dans votre calcul, feront un effet bien extraordinaire pour
 5 demonstrer la necessité de leur presence, et que soit impossible de les abandonner. Vous sçavez qu'Archimede et tous les autres Mathematiciens disent que pour trouver le centre [de] gravité dans la parabole, qu'il faut diviser l'axe en raison de 5 à 3. Mais selon mes principes la raison est de $\frac{9N^2-1}{15N^2-3}$ c'est à dire si l'on prend $N = 1000$, $\frac{9000000-1}{15000000-3}$ bien
 10 différente de l'autre, laquelle jamais peut etre determinée par des nombres absolus. Quant à la construction, je m'etonne que vous croyez qu'il soit impossible de trouver deux lignes en raison de $\frac{4N^3-N}{3N^3}$. Que voulez vous donc dire de ce probleme[:] diviser une ligne donnée A en $\frac{1}{2} + \frac{1}{3} + \frac{1}{4} + \frac{1}{5}$ etc. jusqu' à l'infiny, par un trait d'une ligne courbe comparée à une autre ligne droite.

A

Parceque dans ces sortes de matière j'ay surpassé deja les difficultez et les objections
 15 qu'on sçauroit faire, et je m'en soucie point de tout de ce que M^r Nientijt et bien des autres disent au contraire parceque avec le temps ils demeureront d'accord. Vous dites dans votre lettre, que les expressions que M^r Nientijt a fait contre moy, ne sont pas à vostre gout. Je voudrois donc sçavoir ce qu'il a dit de moy, je trouve dans les Actes de Leipzig, qu'on fait mention de 3 feüilles, où il a attaqué mon admonition ou *Monitum ad Geometras*. J'ay
 20 veu son analyse, mais ces feüilles sont invisible icy chez les libraires. Je vous en prie de me les envoyer par la post. Je vous les feray rendre aussitost, qu' [j']auray veu le contenü. Je vous envoie icy une petite description de la figure du ciel, touchant la Naissance de nostre Empereur. J'ay fait encore point profession d'etre Astrologus, pourtant quand on est obligé de faire quelque chose, il s'en faut mêler, et peut être j'auray l'occasion de

20 chez les libraires *erg. K*

6 Archimede: vgl. ARCHIMEDES, *De planorum aequilibriis* 2,8. 19 mention: vgl. Leibniz' anonyme Rezension von B. NIEUWENTIJT, *Considerationes circa analyseos ... principia*, 1694, in *Acta erud.*, Juni 1695, S. 272–273. 19 3 feüilles: Nieuwentijts *Considerationes*, a. a. O. 19 admonition: D. CLÜVER, *Monitum ad geometras*, in: *Acta erud.*, Okt. 1687, S. 585–588. 22 description: D. CLÜVER, *Coelum Caesaris*, a. a. O.

publier quelques principes bien extraordinaires pour établir la nature de ces predictions. Regardez encore si vous plait, ce que j'ay dit touchant la demonstration ou plutost la declaration de l'Existence de Dieu, dont j'ay fait mention. J'ay soutenu toujours que les Philosophes et especialement les Theologes ont fait plus d'embarras, qu'il en faut pour prouver contre les Athées une verité si claire et incontestable, parceque selon ma methode, cet axiome *quod duo contradictoria non possint esse simul vera*, est avec la derniere rigueur de l'Algebre, tout à fait egal à l'autre proposition *Est Deus* et ainsi la difficulté qu'on forge pour prouver ce qu'il est indubitable, facilement peut être declarée par une reduction à $1 = 1$. Vous trouverez sans doute quelques autres passages dont tout le monde ne sera pas d'accord, parceque je dis encor, que les Idées de la composition du monde en tient leur origine du même principe. J'attendray votre reponse et remarques là dessus, en demeurant toujours

Monsieur Votre tres-humble et tres-obeissant Serviteur D. Clüver.

L'adresse de votre lettre se pourra faire com[m]e auparavant. *(bey) M. Breuer in des Hertzogs von Holstein hause beyrn Thumb.*


Le prix de la medaille d'argent est 8 Ecus
de l'or 50 Ducats

Le medailliste qui les vend demeure icy à Hambourg.

Copie de la lettre de M^r Bernoulli

En vous faisant voir deux choses: la premiere que votre quadrature se peut trouver par le calcul ordinaire sans vos nouveaux principes, et l'autre qu'elle ne sauroit etre differente de l'ordinaire sans une contradiction manifeste.

2 ce que j'ay dit: vgl. *ebd.*, S. 11 f. 16 medaille: vgl. dazu Leibniz' Bemerkung am 3. September 1697 gegenüber Thomas Burnett of Kemney (I, 14, S. 448).



5 Soit la parabole AFD , le parametre $AB = a$, l'axe $AC = x$ [,] l'appliquée $CD = y$ et leurs parties infiniment petites $CE = dx$ [,] $DG = dy$ à la façon de M^r Leibniz. Par la nature de la courbe $\square BAC = \square CD$ et $\square BAE = \square EF$, par conséquent $\square BAC - \square BAE = \square CD - \square EF$. C'est à dire $BA.EC = 2CDG - DG^2$ ou¹ par symboles $adx = 2 \cdot 2dy^2 - dy^2$ (puis que vous voulez qu'on ne doive pas negliger dy^2 []). C'est pourquoy $dx = 3 \frac{2dy^2 - dy^2}{2}$ et $CH = ydx = 4 \frac{2y^3d - dy^3}{a}$ et $HFD = \frac{1}{2}HG = 5 \frac{d^2xy}{2} = \frac{2dy^3 - dy^3}{2a}$ et ainsi le trapeze $FECD =$

¹ (Am Rand von Leibniz' Hand:) $CD^2 - EF^2 = \boxed{CD^2 - CD^2} + 2CD.DG - DG^2$

² (Darüber von Leibniz' Hand:) $2ydy$

³ (Darüber von Leibniz' Hand:) $\frac{2ydy - dy^2}{a}$

⁴ (Darüber von Leibniz' Hand:) $\frac{2yydy - ydy^2}{a}$

⁵ (Darüber von Leibniz' Hand:) $\frac{dxdy}{2} = \frac{2ydydy - dy^3}{2a}$

$$CH - HFD = 6 \frac{2y^3d - 2dy^3}{a} + \frac{dy^3}{2a}. \text{ D'où il suit, que l'espace}$$

$$ACD = \frac{2y^3}{3a} - \frac{dy^3}{6a} \text{ etc.}$$

Il fait icy des equations pour mesurer le trapeze où il met *partem aequari toto* et ainsi tout le reste s'accorde pas avec la verité. Comment peut il donc trouver la même quadrature?⁷

5

131. LEIBNIZ AN EHRENFRIED WALTHER VON TSCHIRNHAUS

[Hannover, 17.] August 1697. [42. 138.]

Überlieferung: L Auszug: LBr. 57,1 Bl. 221. 12 cm x 2,8 cm. 5½ Z. Auf Bl. 221 v^o Anweisung von unbekannter Hand: „Diess in Franzos. zu ubersetzen“.

Estant proposées toutes les Ellipses decrites à l'entour d'un meme axe, ou par une meme longueur du fil, trouver cette tangente de leur synchrone selon les differentes Voix du mouvement qui fut propre a determiner les maxima et minima etc. C'est ainsi que je l'ay proposé à Mons. Tschirnhaus. Aoust 1697.

10

⁶ (Darunter von Leibniz' Hand:) $\frac{2yydy}{a} - \frac{2ydydy}{a} + \frac{dy^3}{2a}$

⁷ (Darunter von Leibniz' Hand:) Mons. Cluver n'accordera pas que HFD est $\frac{1}{2}HG$, car FD n'est point droite. Je ne voy pas aussi comment la somme de tous les trapezes comme $FECD$, ou de tous les $\frac{2yydy}{a} - \frac{2ydydy}{a} + \frac{dy^3}{2a}$ fasse $\frac{2y^3}{3a} - \frac{dy^3}{6a}$. Car $\frac{dy^3}{2a}$ ne scauroit estre sommé. Si Mons. Cluver admittoit ce calcul, il y auroit $\frac{2}{3a}y^3 - \frac{2}{2}yydy + y\frac{dydy}{2a}$, supposé dy constante. Mais c'est supposer la quadrature de la parabole, qu'il n'admet point, que de dire que $\int \frac{2yydy}{a}$ fait $\frac{2}{3a}y^3$.

² $ACD =$: In Bernoullis Schreiben an Clüver ist ACD gleich $\frac{2y^3}{3a} - \frac{ydy^2}{6a}$.

Zu N. 131: Die nicht gefundene Abfertigung antwortet auf N. 42 und wird beantwortet von N. 138. Die Datierung stützt sich auf N. 138, S. 566 Z. 14. Zu weiteren Zitaten aus der Abfertigung vgl. N. 138. 8 Anweisung: Bezug nicht ermittelt.

132. LEONHARD CHRISTOPH STURM AN LEIBNIZ

Wolfenbüttel, 7. (17.) August 1697. [137.]

Überlieferung: *K* Abfertigung: LBr. 910 Bl. 1–2. 1 Bog. 4°. 2 S. Eigh. Aufschrift. Siegel. Postverm. Bibl.verm.

5 Monsieur le Conseiller mon tres honoré Patron

Weil mir so unvermuthet die hoffnung an die hand gegeben worden, daß ich in Hanovre könnte nach meinem wunsch und verlangen employret werden, als habe, ohnerachtet meines hier bereits habenden gar austräglich[en] engagements, solche in etwas zu pous-
siren resolviret, im übrigen alles dem willen meines Gottes heymstellende. Nun verlange
10 ich, nicht so wol mich in dem einkommen viel zu verbessern, da ich hier in allen es jähr-
lich auf 800 Rthl. bringen kan, sondern meine begierde stehet dahin, einmal in deme
zu practiciren, worauff ich mich vornehmlich von meiner jugend an geleget, nemlich in
der Geometria, Architectura tam civili quam Militari, et Mechanica, sonderlich da ich
in Berlin und Dresden bereits der Praxi so vielfältig beygewohnt, und in Leipzig schon
15 einen guten Anfang zu der ausübung gemacht.

In dieser Absicht, ergethet nun gegenwärtiges an Ew. Excellenz, mit bitte mir nur
mit einiger Zeilen ohnbeschwehrt kund zu thun, ob zu meinem gemeldeten Absehen in
Hanovre noch einige Hoffnung sich sehen läßet, ob des herren Kammer Praesidenten
Excell. revertiret, und ob es wol rathsam, und der mühe und unkosten wenigstens wehrt
20 wäre, gegen das Ende der messe, noch einmahl nach Hanover zu kommen.

Hiebey habe auch berichten sollen, daß künftigen freytag abends, so Gott will, nach
Quedlinburg, und wol von dar nach Leipzig gehen werde. Haben Ew. Exc. etwas dahin
zu bestellen, bitte mir es anzuvertrauen. Auch ersuche ich gehorsamst, die noch von mir

Zu N. 132: Mit dem vorliegenden Stück nimmt Sturm die Korrespondenz mit Leibniz, den er bereits kannte und dem er schon in Hannover (und vermutlich auch in Wolfenbüttel) begegnet war, auf. Auf N. 132 folgt N. 137. 14 Berlin und Dresden . . . in Leipzig: Sturm wurde im Winter 1689–1690 an der Universität Leipzig eingeschrieben. Sein Patron, der Senator Georg Bose, bei dem er in Leipzig über drei Jahre wohnte, liess ihn mehrfach nach Dresden und Berlin reisen, wo er seine praktischen Kenntnisse vom Bauen erweiterte. 18 herren Kammer Praesidenten: Friedrich Wilhelm Freiherr von Schlitz, gen. von Görtz. 20 messe: die Leipziger Herbstmesse 1697. 22 Quedlinburg: Ab September 1697 arbeitete Sturm an einem Entwurf für die Hochaltarwand der Marktkirche St. Benedikti in Quedlinburg.

habende Risse, gegen diese zeit, mir ohnbeschwehrt übermachen zu laßen, daß ich sie mit nach Leipzig nehmen könne. Und hiemit empfehle ich mich dero gewogenheit verharrende

vôtre¹ tres-humble serviteur

Leonh. Chr. Sturm Pr. P. de la M.

Wolffembüttel ce 7. Aoust l'an 1697.

*A Monsieur Monsieur Leibniz Conseiller intime de la Justice et de la Cour de son
Altesse Electorale à Hanovre, Bibliothecaire de la plus celebre - Bibliothecque à Wolffen-
büttel etc. tres humblement à Hanovre. Franco.* 5

133. LEIBNIZ AN JOHANN BERNOULLI

Hannover, 9. (19.) August 1697. [129. 134.]

Überlieferung:

10

L Abfertigung: BASEL *Universitätsbibl.* L I a 19 Bl. 94–95. 1 Bog. 4°. 2 S. Eigh. Aufschrift. Siegel. (Unsere Druckvorlage)

l Auszug: LBr. 57,1 Bl. 207. 4°. 1 S. von Schreiberhand mit Ergänzungen und Änderungen von Leibniz' Hand (*Lil*). Eigh. Anschrift.

A Abschrift: BASEL *Universitätsbibl.* L I a 20 S. 152–153. 4°. 1 S. 1 Z. besorgt von Joh. Jak. Burckhardt. 15

E Erstdruck nach einer unbekanntenen Vorlage: *Commercium philos. et math.* 1, 1745, S. 321 bis 322. — Danach: GERHARDT, *Math. Schr.* 3, 1855, S. 454–455.

Vir Celeberrime fautor Honoratissime

Binas meas acceperis. Priores tuis respondebant. Sequentes novam Methodum differentiationis a Te desideratam continebant. Has nunc scribo, ut aliquid addam, quod nuperrimas scribenti effluxit. 20

¹ (Daneben Wiederholung der Anrede:) Monsieur le Conseiller mon tres-honoré Patron

¹ Risse: nicht ermittelt.

Zu N. 133: Die Abfertigung folgt N. 129, kreuzt sich mit N. 134 und wird beantwortet durch N. 158. 20 Priores . . . Sequentes: N. 124 u. N. 129.

Sententia nimirum mea est, recte nos facturos, si nonnihil adhuc novam hanc Methodum dissimulemus, donec ipsi satis usi simus, nam multa ibi latent majoris momenti quam quis prima fronte suspicetur. Itaque optimum puto, ut neque proponamus aliis quaerendam hanc differentiandi vel tangentes ducendi rationem, neque a nobis inventam dicamus, multo minus exponamus in quo consistat artificium, donec nobis ipsis licuerit proseguere pro dignitate. Nam ex nova differentiandi Methodo necesse est vicissim novas etiam summandi rationes oriri, ad quas aliter fortasse aditus vix pateret. Exempli causa in figura et casu Epistolae meae novissimae patet arcum VC dare summam omnium $ada \int dx : x\sqrt{aa + xx}$. Atque ita cum binae sunt variationes inter se diversae, institui potest summatio, quod saepe requiri, jam olim deprehendi. Quin amplius, cum a possit variam accipere significationem, consequens est tum pro quadraturis, tum pro reductione aequationum differentialium hac ratione obtineri posse, quae antea methodis nostris obstinate sese opponebant, ut res ipsa Te mox docebit.

Et ea multorum problematum natura est, ut non nisi per quadraturas istas disgregatas ut ita dicam seu ordinatim diversas construi possint; quas utique evitare non licet, quoties illae quadraturae ordinatim diversae ad unam reduci non possunt. Sed cogor nunc abrumpere, quoniam Brunsvigam discedendum est paulo ante nundinas, ita jubente S^{mo} Brunsvicensium Duce, quod in ipsis nundinis, exterorum multitudo otium ei mecum satis colloquendi neget. Dominus Beauval Banage mihi ad nuperam schedam a Te curatam respondit. Mea in Cartesium cum Tuo iudicio Tuisque animadversionibus demum suo tempore expecto. Vale

Deditissimus

G. G. Leibnitius.

Dabam Hanoverae 9 Augusti 1697

A Monsieur Monsieur Jean Bernoulli professeur celebre à Groningue franco Breme

1 Ad Dn. Joh. Bernoullium 9 Augusti 1697 *Lil* Sententia *Anfang von l* 8 f. dare (1) formulam seriei (2) summam omnium L 10 f. Quin amplius . . . significationem *fehlt l* 15 utique (1) constare (2) communi more construere non licet *Lil* 16 reduci non possunt. *Schluss von l*

17 nundinas: Leibniz war ab dem 21. August zur Laurentiusmesse in Braunschweig und Wolfenbüttel. 17 f. jubente . . . Duce: Leibniz war vom 20. bis 23. Juli in Wolfenbüttel, wo Anton Ulrich sich entsprechend geäußert haben könnte. 19 f. schedam . . . respondit: zu Leibniz' Schreiben an Basnage de Beauval vgl. N. 114 Erl. Basnage antwortete am 31. Juli 1697 (vgl. GERHARDT, *Philos. Schr.* 3, S. 135–137). 20 Mea: Leibniz' *Animadversiones in partem generalem Principiorum Cartesianorum* (vgl. N. 86).

134. JOHANN BERNOULLI AN LEIBNIZ

Groningen, 14. (24.) August 1697. [133. 158.]

Überlieferung:*K*¹ Konzept: BASEL *Universitätsbibl.* L I a 18 Bl. 83–86. 2 Bog. 4°. 8 S.*K*² Abfertigung: LBr. 57,1 Bl. 209.213.210–212. 2 Bog. 1 Bl. 4°. 9³/₄ S. Bemerkungen von Leibniz' Hand (*LiK*²). (Unsere Druckvorlage) 5*E* Erstdruck nach einer unbekanntem Vorlage: *Commercium philos. et math.* 1, 1745, S. 323 bis 333 (teilw.). — Danach und nach *K*²: GERHARDT, *Math. Schr.* 3, 1855, S. 455–466.

Vir Amplissime atque Celeberrime Fautor Honoratissime

Si de benevolentia mea, ut dicis fuisti semper certissimus, gaudeo speroque Te etiamnum id esse et fore. Non puto me dixisse, quod commendaveris fucos, absit hoc. Omnia quae mihi ab Amico dicuntur in meliorem sensum interpretari soleo. Nimia scrupulositas amicitiae cursum sufflaminat. 10

Gratum est quod tandem agnoscis non tam facile¹ esse synchronae quadratorie determinatae tangentem ducere: dolebam sane, cum viderem a Te verbis meis parvam adeo fidem haberi ut nolueris tantisper cedere in iis quae *tumultuarie* tantum considerasti, ego vero improbo meditandi labore penitus enucleavi et plus satis examinavi.² 15

Methodum puncta synchronae una quadratura continua inveniendi, cujus adumbrationem in fine literarum adjecisti, velim ut accuratius perficias, videtur pulchri quid habere: interim nondum recte video, quo tendat, aut quid faciat ad determinationem 20

¹ <Darüber von Leibniz' Hand:> sed tamen a me factum

² <Dahinter von Leibniz' Hand:> Sed P. S. ostendit quantum adhuc abfuerit a perfecta enucleatione, et rem a me melius absolutam

19f. videtur . . . interim *erg.* *K*¹

Zu N. 134: Die Abfertigung antwortet auf N. 124 und ihr P.S. auf N. 129, sie kreuzt sich mit N. 133 und wird beantwortet durch N. 158. Der Hauptteil der Abfertigung wurde schon am 20. August 1697 geschrieben, vgl. S. 556 Z. 24.

tangentis synchronae, neque satis capio mentem Tuam quid sc. intelligas per *vim gravitatis fortiolem factam*, et per haec verba *sic omnia in curva AC hac nova gravitate fient proportionaliter ad ea quae in curva A(C) priore gravitate*; mihi quidem videtur, prout ego rem concipio, jam per se non mutata gravitate, omnia esse proportionalia³ in utraque
 5 curva, siquidem similes supponantur.⁴


Ecce jam meam solutionem et constructionem pro brevissimo appulsu, quia illam gratam fore dicis,⁵ videbis ipse optime an aliquid cum idea Tua cognati habeat; peragitur quidem sine synchronae consideratione, interim et hujus tangentes facillime per illam ducuntur. Problema ita se habet **D**atis ordinatim positione curvis
 10 similibus ex eodem puncto *A* similiter descriptis *AIF*, *AHD*, *AGB* etc. (NB. non necesse est ut habeant commune initium) et data positione recta *CD*. Quaeritur ex omnibus istis curvis illa, per quam grave a puncto *A* descendens tempore brevissimo appellat ad rectam *CD*. Sol. Assumatur ex curvis similibus
 15 una quaedam constans, ut *AGB*; sintque duae variables *AIF*, *AHD* situm proximum habentes: Jam si *AHD* vel *AIFE* illa sit per quam grave celerrime descendit ad datam *CE*, oportet ut *tAIFE* sit = *tAHD* (per *tAIFE*, *tAHD* intelligo tempus per *AIFE*, et per *AHD*), utrumque enim tempus minimum et hinc inde crescere supponitur. Ductis per *D* et *E* rectis *ADB*, *AEN* secantibus curvas in *F*, *B* et *N*; intelligatur ducta
 20 *NP* parallela ipsi *CD*, quae secet *AB* productam in *P*, ita fient triangula similia *FED* et *BNP*, in quorum laterum *FE*, *FD* vel *BN*, *BP* ratione invenienda consistit caput

³ ⟨Darüber von Leibniz' Hand:⟩ lineae sed non motus seu tempus

⁴ ⟨Dahinter von Leibniz' Hand:⟩ ita est si solae curvae concipiantur, secus est si adhuc considerentur tempora seu motus in curva qui possunt esse dissimiles

⁵ ⟨Darüber von Leibniz' Hand:⟩ gratam fore praevideri poterat, etsi non dixissem

6 solutionem et *erg. K*¹ 6 pro ... appulsu *erg. K*¹ 21–549,1 in quorum ... videbis *erg. K*¹



rei ut videbis. Jam facile demonstratur tempora per arcus similes esse in subduplicata ratione eorum subtensarum, aliarumve linearum homologarum, ergo $tAHD$ seu $tAIFE.tAIF :: \sqrt{AD}.\sqrt{AF} :: \sqrt{AP}.\sqrt{AB}$, est autem iterum, ob similitudinem curvarum $tAIFE.tAIF :: tAGBN.tAGB$, ideoque $tAGBN.tAGB :: \sqrt{AP}.\sqrt{AB}$ et dividendo $tBN.tAGB :: \sqrt{AP} - \sqrt{AB} . \sqrt{AB} ::$ (ob BP infinite parvum) $BP . 2AB$; exprimitur autem tBN per $\frac{BN}{\sqrt{NL}}$ adeoque $tAGBN$ per $\int \frac{BN}{\sqrt{NL}}$, unde $\frac{BN}{\sqrt{NL}} . \int \frac{BN}{\sqrt{NL}} \left(:: BN . \sqrt{NL} \int \frac{BN}{\sqrt{NL}} \right) :: BP . 2AB$, permutando $BN . BP :: \frac{1}{2}\sqrt{NL} \int \frac{BN}{\sqrt{NL}} . AB$. Productio itaque latere NB ad R , id est ducta ad curvam AGB tangente BR , illaque sumta aequali $\frac{1}{2}\sqrt{NL} \int \frac{BN}{\sqrt{NL}}$, jungatur AR , erit triangulum BAR simile parvo triangulo NBP vel EFD et proinde AR parallela positione datae CD . Ex inventa hac proprietate seu ratione laterum trianguli characteristici BP, BN problema facillime construitur sic: In omnibus punctis curvae as-

2f. aliarumve ... homologarum erg. K^1 6 (ob ... parvum) erg. K^1 11f. proprietate | seu ratione trianguli characteristici erg. | problema K^1

sumtae constantis AGB ducantur tangentes, et fiant singulae aequales huic, respective, quantitati $\frac{1}{2}\sqrt{NL} \int \frac{BN}{\sqrt{NL}}$ (quod utique semper per unam continuam quadraturam peragitur) tunc habebitur nova curva AOR ; per A ducatur ipsi positione datae CD parallela AR secans curvam AOR in puncto R , a quo si ducatur tangens RB ad curvam datam AGB , determinabitur punctum B quod quaesito est analogum; ducta enim recta AB et si opus producta, secabit positione datam CD in puncto brevissimi appulsus D , per quod si describatur AHD similis ipsi AGB , erit haec AHD illa ipsa quae quaeritur. q. e. f. Vides quam brevem et simplicem constructionem repererim⁶ hujus difficillimi alias problematis; vix puto aliam simpliciore⁷ vel concinniore adinveniri posse: id hic notabile existimo, quod licet synchronam non consideraverim, hujus tamen tangens eadem opera inventa est, sed constructione omnino inversa, quia quae antea data sunt jam sunt quaesita et vicissim; datur enim punctum D et quaeritur recta DC tangens synchronae transeuntis per D , quod sic retrogrado ordine efficio: Duco per D rectam ADB secantem curvam assumptam AGB in puncto B , ex quo ducta tangens BR occurret curvae AOR in puncto R , quod si jungatur cum A recta RA , huic ducenda est parallela DC , quae erit tangens synchronae quaesita. Jam spero Te mihi assensurum, quod summo jure dixerim, illum qui licet solverit problema brevissimi appulsus in cycloidibus, non ideo etiam statim id solvisse in aliis curvis similibus, quia in cycloidibus solutio facile habetur sed indirecte ex fundamento optico, nempe ex normalitate undae cum radiis seu synchronae cum brachystochronis; id quod in aliis non obtinet. Quae cum ita sint dicas quaeso annon ipse credas, fratrem meum ad summum solvisse problema in cycloidibus et nec hic plenarie, quia pro recta positione data proponit tantum verticalem, quod me valde obfirmat in suspitione mea, quod scilicet undarum usum huc transferre nesciverit imo de illis ne cogitaverit quidem. Et prout loquitur concludendum est, illum rem pro desperata habuisse in circulis et parabolis, dum ipse suam imbecillitatem fatetur his terminis *s o l v a n t a l i i n o b i s*

⁶ (Darunter von Leibniz' Hand:) sed tantum pro similibus et similiter positis

⁷ (Darüber von Leibniz' Hand:) sed generalior potest

1 f. fiant (1) respective aequales $\frac{1}{2}\sqrt{NL}$ (2) singulae aequales huic respective quantitati $\frac{1}{2}\sqrt{NL} K^1$

25–551,1 *nobis . . . sufficiat*: vgl. Jac. BERNOULLI, *Solutio problematum fraternorum*, in: *Acta erud.*, Mai 1697, S. 211–217, insbes. S. 214.

proposuisse sufficiat. Interim in circulis ex constructione mea universali res adeo facilis est, ut quadratura continua reducatur ad rectificationem curvae alicujus algebraicae; scis enim quod si radius sit a , et NL , x ; erit $\frac{BN}{\sqrt{NL}} = \frac{adx}{\sqrt{aax - x^3}}$, cujus summatio dependet a rectificatione curvae lemniscatae, per quam construximus olim Tuam isochronam paracentricam; Et sic quod notabile est duo haec problemata isochronae paracentricae, et brevissimi appulsus, licet utrumque transcendens, inter se tamen habent connexionem algebraicam id est uno constructo, alterum algebraice construitur.

Caeterum artificium meum reducendi diversas quadraturas ad unam continuam agnosco limitatum hic esse et desiderare ut curvae ordinatim positione datae sint similes et similiter positae; in aliis autem occasionibus quam plurimis eo commode utor licet curvae ordinatim positione datae non sint similes, ut in exemplo ellipsium super eodem axe descriptarum cujus in praecedentibus meis mentionem injeci, sed quod miror in responsione non attingis: Imo ope hujus artificii solvo infinita alia hujusmodi problemata, ubi nunquam curvae similes requiruntur, horum aliquot curiosa perscripsi nuper D^{no} Varignonio,⁸ quae proponat suis Geometris. Unde colligere poteris hoc artificium latius patere nec adeo limitatum esse, quam statim Tibi visum est.


Et ego semper censui perfectissimam transcendentium expressionem esse per exponentiales, sed mihi videtur frustra illam quaeri in iis quae non dependent a quadratura hyperbolae; unde imaginari non possum quomodo etiam exponentialiter exhiberi posse velis quae supponunt quadraturam circuli, optarem unicum exemplum: certissimum puto omnem quantitatem exponentialem quam voco percurrentem per logarithmicam construi posse. Sed forte aliud adhuc genus exponentialium habes, cujus participem me reddas rogo.

⁸ (Darüber von Leibniz' Hand:) puto esse inserta Diario Gallico

2 algebraicae *fehlt* K^1 6 appulsus in circulis, licet K^1

4 olim: vgl. Jac. BERNOULLI, *Constructio curvae accessus et recessus aequabilis*, in: *Acta erud.*, Sept. 1694, S. 336–338 [416–418], u. Joh. BERNOULLI, *Constructio facilis curvae accessus aequabilis a puncto dato*, in: *Acta erud.*, Okt. 1694, S. 394–399 [474–479]. 14f. perscripsi ... proponat: vgl. das P. S. zu Joh. Bernoullis Brief an Pierre Varignon vom 27. Juli 1697 (Joh. BERNOULLI, *Briefw.* 2, S. 113 bis 121) u. Joh. BERNOULLI, *Problemes à resoudre* in: *Journal des sçavans*, 26. Aug. 1697, S. 636–638.

Cedo manus: Problema radii non est plus quam determinatum prout intelligis medium variari secundum duas dimensiones: sed si placet attende quod longe difficilius sit determinare leges harum variationum ut radii in datas lineas transeant, quam earundem linearum invenire curvas normaliter secantes, unde⁹ gratis hoc ex illo quaereres. Praeterea observo quod superficies verb. gr. verticalis repraesentans medium varians secundum 5 ambas dimensiones id est secundum rectam verticalem et horizontalem considerari tamen possit tanquam varians secundum unam tantum dimensionem si vis verticalem.



Si enim varies medium quocunque modo secundum $ABCDEF$; ita etiam quovis alio modo secundum $ALMNOPA$: manifestum jam est, etiamsi omnia puncta in horizontali 10 FF sint diversae densitatis, dari tamen aliquod punctum G in proxima linea EE , quod sit ejusdem densitatis cum F , et aliud H in proxima DD , item I in CC , K in BB , P in AA etc. omnia aequae densa ac F ; quocunque enim modo medium per superficiem $AFFA$ variari concipiatur, haec tamen successio punctorum aequae densorum perpetuo locum habet, quod ni fallor clarum est ex ipsissima Tua *continuitatis* lege. Da- 15 tur ergo integra linea $FGHIKP$, secundum quam medium aequaliter est densum; jam si eodem modo concipias reliquas lineas EO , DN , CM , BL etc. transire per puncta ejusdem respective densitatis gradus, habebis medium cujus variatio, quae licet duarum sit dimensionum,¹⁰ jam unius tantum dimensionis est: hinc concludo a Te non sat bene


⁹ ⟨Darüber von Leibniz' Hand:⟩ Imo utiliter unde enim ex inverso jam aliunde habitis normaliter secantibus habetur et ⟨modus⟩ determinandi medii densitates.

¹⁰ ⟨Darüber von Leibniz' Hand:⟩ sua natura manet duarum

dictum esse:¹¹ *Si varies medium uno tantum modo tunc fateor problema fore plus quam determinatum (nec refert BB verbi gratia recta sit an curva), refert enim maxime recta sit an curva, vidisti enim si curva admittenda esset, omne medium¹² quocunque modo¹³ varietur uno tantum modo variari intelligendum esse. Quod itaque palmarium est in determinatione medii ut radios transmittat per lineas ordinatim positione datas, perspexi rem eo recidere ut determinentur lineae *FGHIKP*, *EO*, *DN* etc. quod autem ut supra monui longe difficilius est quam inventio curvarum ad datas normalium. Sed haec pro perspicacitate Tua me multo melius penetrabis, velim per otium cogites, offert sese mihi difficultas insuperabilis in eo, quod infinitae lineae curvae sunt determinandae, forsitan omnes diversae naturae.*¹⁴

Nuspian quidem diserte dixisti rem aequae esse faciliem in appulsu ad rectam et ad curvam; id tamen ex verbis Tuis sequi credebam cum dicis *eadem methodus videtur etiam servire, si celerrimus appulsus quaeratur non ad rectam sed ad curvam positione datam*. Si duo diversa per eandem methodum solvantur, illa duo mihi sunt aequae facilia.¹⁵

Video verissimum esse legem minimi vel maximi et in particula curvae minima locum habere, sed sane non possum applicationem ad isoperimetra constituere neque etiam ad brachystochronam datae longitudinis. Verum non minus est, rem posse considerari prius



in ellipsi ordinaria et finita *PQR* (hoc enim jam diu et ego concipiebam) et determinari in ea punctum *M*, ut ex focus ductae *LM*, *MN* percurreantur citissime ex data altitudine:

¹¹ ⟨Darüber von Leibniz' Hand:⟩ Imo bene, quia sic regulariter: imo hoc ipsum est variari secundum diversas dimensiones

¹² ⟨Darüber von Leibniz' Hand:⟩ secundum certam tantum curvam

¹³ ⟨Darüber von Leibniz' Hand:⟩ imo aliquando et secundum rectas

¹⁴ ⟨Dahinter von Leibniz' Hand:⟩ Quia id jam aliunde habemus, normales poterimus et haec solvere

¹⁵ ⟨Dahinter von Leibniz' Hand:⟩ [Non sequitur]

24f. habemus, (1) poterimus haec problemata subi *bricht ab* (2) normales ... et haec *LiK*²
26 [Non sequitur] *LiK*², *Klammern von Leibniz*

demus porro haec deinde posse applicari ad infinite parva, ita ut ratio LM ad MN dari possit: Nondum tamen video, nec videbo donec mihi ostenderis¹⁶ quomodo postea iterum regressus detur a cognitione speciei trianguli infinite parvi LMN , ad cognitionem ordinarii, curvae sc. quaesitae vel saltem ad aequationem differentio-differentialem: Quomodo
 5 quaeso eo pervenire posses, cum in aequatione litera reperiri necesse sit quae determinet longitudinem curvae (alias indifferens esset pro omnibus brachystochronis) illa litera vero vel illud quicquid sit quod determinet longitudinem curvae, nequidem ingrediatur in considerationem quaerendo speciem trianguli LMN . Dixi perpetuo inveniri posse speciem trianguli LMN , ita ut descensus per LMN sit citissimus; sed fateor me id nondum
 10 quaesivisse, quia a me impetrare non possum ut absolvam calculum prolixissimum qui requiritur. Interim ut obstacula omnia removeam ponamus calculum nobis ostendisse in ellipsi ordinaria et finita punctum M ita se habere, ut triangulum LMN habeat unum latus LM duplum alterius MN , atque adeo idem etiam obtinere in ellipticula infinite parva: Quo pacto mihi jam quaeres curvam datae longitudinis,¹⁷ ex eo quod ejus particulae minimae LMN faciant ubique triangulum cujus unum latus LM duplum sit alterius
 15 MN ?¹⁸ Si triangulum LMN posuissem isosceles, praevideo quod mihi responsurus esses curvam quaesitam esse circum, quamvis id nullo calculo invenire posses, ideoque ut superfluum disputationem evitem pono unum latus duplum alterius, vel si mavis triplum, quadruplumve etc. modo non sit isosceles.

20 P. Malebranchius utique non egit ut decet, quod Te inconsulto libellum suum in lucem protrusit; dissuasisset id ego ipsi si tum temporis cogitasset quod jam cogito, aut saltem si de privato inter vos commercio quod Malebranchius apud me ex parte dissimulaverat constitisset magis; Quid in isto libello contra continuitatis legem contineatur, jam non memini; ex quo enim Galliam deserui libellum amplius haud vidi.

¹⁶ ⟨Darüber von Leibniz' Hand:⟩ vellem prius calculum in ipsis finitis factum videre labori ut parcam

¹⁷ ⟨Darüber von Leibniz' Hand:⟩ imo hoc per se sequitur, ut sit datae longitudinis quia et particula talis est

¹⁸ ⟨Darüber von Leibniz' Hand:⟩ hoc fieri hoc loco non potest, quia debent LM et MN inassignabiliter differre

20 libellum: N. MALEBRANCHE, *Des loix de la communication des mouvemens*, 1692. 22 commercio: vgl. den Briefwechsel mit Malebranche in Reihe II.

Corporum indivulsorum gradus Tuos admittam, mihi tamen videtur partes eundem servare posse situm inter se, absque ut statuatur corpus perfecte rigidum (loquor de corpusculis exiguis ex quibus majora componuntur); sufficit utique motum conspirantem partium alicujus corpusculi tantum esse, ut ab ambientibus disturbari non possit,¹⁹ quo casu²⁰ primus indivulsi gradus habetur sine perfecta rigiditate seu duritie. Video clarissime perfecte dura non dari posse, eaque proin absolute rejicio, sed vacuola interspersa Democriti et Gassendi eatenus tantum rejicio, quod jam videam iis non opus esse ad explicandos naturae effectus, contra quam olim credebam motum sc. nullum fore si omnia in universo essent plena, vulgari opinione nixus duritiem dependere ab immediato contactu et pressione materiae ambientis: Quod autem actu ista vacuola non dentur, credo non tam facile demonstrari posse ab illis praesertim qui corporis essentiam non in nuda extensione statuunt. Et sane multis ex locis haud obscure colligo etiam Hugenum vacui factorem fuisse. Caeterum Democriticorum et Gassendistarum atomos perfecte duras statuentium, illisque vacuum interjicientium opinio non tam absona mihi videtur, quam Hartsoekeri duo extrema inter se conjungentis nempe perfecte durum et perfecte fluidum, quo absurdius nihil excogitari potuit; nihil enim magis continuitatis legi adversatur quam saltus ille ab uno extremo ad alterum. Parum soliditatis Hartsoekerus ostendit in scriptis suis multoque minus alter ille Professor Matheseos Parisinus La Montre, miror qui potueris interpositione Tua dignari hos duos inter se inepte admodum disputantes; me sane non moveret duorum coecorum de coloribus altercatio, neque ei me miscerem. Quid obsecro boni ab homine expectandum, qui in notiones communes misere adeo peccat ceu factum fuit ab isto La Montre, qui 47^{am} prop. Euclid. demonstrare volens immediate

¹⁹ ⟨Darüber von Leibniz' Hand:⟩ Vix resistet toti universo

²⁰ ⟨Darüber von Leibniz' Hand:⟩ imo non habetur

12 Hugenum: vgl. Ch. HUYGENS, *Traité de la lumiere ... avec un discours de la cause de la pesanteur*, 1690, S. 162. 15 Hartsoekeri: vgl. N. 124, S. 510 Z. 8 Erl. 19 interpositione Tua: Leibniz hatte sich in eine Diskussion zwischen Hartsoeker und La Montre eingeschaltet, vgl. LEIBNIZ, *Extrait d'une lettre ... sur son hypothese de philosophie*, in: *Journal des sçavans*, 19. Nov. 1696, S. 707 bis 713. Zu dieser Diskussion vgl. J.-J. LA MONTRE, *Difficultez proposées à Monsieur Hartsoeker*, in: *Journal des sçavans*, 16. Apr. 1696, S. 289–292; N. HARTSOEKER, *Des elemens du corps naturel*, in: *Journal des sçavans*, 16. Juli 1696, S. 507–516; J.-J. LA MONTRE, *Replique ... à la réponse de Monsieur Hartsoeker*, in: *Journal des sçavans*, 13. Aug. 1696, S. 586–592. 22 volens: vgl. J.-J. LA MONTRE, *La quarante-septième proposition du premier livre des elemens d'Euclide, démontrée par les seuls premiers principes*, in: *Journal des sçavans*, 2. Juli 1691, S. 422–428.

per axiomata, crassum adeo et palpabilem commisit paralogismum, ut mathematicorum nemo eum refutare dignaretur sed oportebat, proh pudor! ut quaedam de sequiori sexu illum castigaret, id quod revera fecit Dn. Marchionis Hospitalii Uxor, ut forte vidisti in Diario Parisiensi. Hic sine Professor est, qui alios mathesin docere debet? pudeat hominem ignorantiam suam ita turpiter prodidisse. Quid id ad nos? dices; ignosce, verum est, ejus errores nobis parum imponent; interim quia incidenter de isto homine cogito, non possum non stomachari quod tam male consultum sit illis qui scientiam ab eo haurire volunt. Vale.

Ampl. T.

Devotissimus

J. Bernoulli

10 P. S.²¹

Praeterito die Lunae hasce literas jam scriptas habui postridie dimissurus, cum eodem die acciperem novissimas Tuas 3 Aug. datas, quae fecerunt ut dimissionem in hunc diem distulerim, quo interea tuas diligenter perlegere, et quod forte notaturus essem huc adjicere possem. Ut dicam quod res est, incredibili gaudio perfusus sum, cum viderem eundem genium Tibi totum mysterium pandisse, sed indignor quod Te altius admiserit quam me. Utique rem probe penetrasti, annotando totius negotii cardinem in eo consistere, ut inveniatur ratio laterum trianguli characteristici ${}_1C_1F_1(C)$ in Tua figura; colligere poteris ex solutione mea supra allata problematis celerrimi appulsus, ubi pariter rationem assigno laterum trianguli PBN vel DFE , methodum meam eodem artificio niti. Sed fateor mihi unicum defuisse, quin perfecerim methodum, quod scilicet mihi non venit in mentem differentiatio parametrorum seu quantitatum in eadem curva invariabilium sed

²¹ (Darüber von Leibniz' Hand:) pertinet ad literas Dn. Bernoulli Gröningensis 14 Aug. 1697

9f. J. Bernoulli | Groningae d 10 Aug 1697 *erg. u. gestr.* | P. S. K^2

3 fecit: vgl. *Remarques de M^r La M. de L*** sur la prétenduë demonstration de la quarante-septième proposition du premier livre des Elemens d'Euclide*, in: *Journal des sçavans*, 23. Juli 1691, S. 479 bis 480. Dabei steht „La M. de L***“ für La Marquise de L'Hospital. Es ist nicht klar, ob der Artikel nicht doch von L'Hospital selbst ist; vgl. den Kommentar der Herausgeber von Joh. BERNOULLI, *Briefw.* 1, insbes. S. 127 f. 11 die Lunae: der 19. August 1697. 12 novissimas Tuas: N. 129.

pro transitu a curva ad curvam variabilium, de hujusmodi differentiatione licet jam olim etiam inter nos actum fuerit, nunc tamen ingenue fateor non cogitavi. Quam vero ingeniose quam acute illam huic negotio accommodaveris, satis mirari nequeo; profecto nihil elegantius est neque excogitari potest quam modus ille Tuus differentiandi curvam per summam differentiuncularum numero infinitarum. Quin crebrius conscendis currum, si nunc Tibi vena mathematica apperitur? Imo vero defectus haud mediocris calculi differentialis sublatus est; Hinc quid censes? annon possent depromi problemata qualia jam dedi²² in ellipsis, quibus misere exercere possemus Geometras, interiori geometria licet maxime versatos? viderent sane omnes suos conatus irritos, quamdiu in nostrum artificium non penetrarent, suamque infirmitatem tanto magis mirarentur, quod hujusmodi problemata videantur facilia et ex directa tantum methodo tangentium desumta. Haud dubie quadraturae illae $a \int dx : x\sqrt{aa + xx}$ et $\int dx : x$ quas in logarithmicis pro ratione linearum $B\theta$, BC invenisti, amplius possunt reduci, ambae enim dependent a quadratura hyperbolae, et per consequens per ipsissimas logarithmicas construi possunt. Potuisses explicare methodum brevius et universalius per figuram abstractam id est non ad certum exemplum²³ logarithmicarum adaptatam; spero non ingratum fore, si hic methodum generalissime exposuero: sint ergo curvae ordinatim positione datae, quacunque lege cognita progenitae (vide figuram Tuam) VC , $V(C)$, $V((C))$ quarum axis communis VB , et parametri variables a , (a) , $((a))$: Sint jam portiones curvarum VC , $V(C)$, $V((C))$ (quas Tu aequales posuisti) data lege crescentes vel decrescentes, id est sit $VC = \alpha$, $V(C) = (\alpha)$, $V((C)) = ((\alpha))$ etc. per α , (α) , $((\alpha))$ etc. intelligo quantitates datas per a , (a) , $((a))$ etc.²⁴ Quaeritur jam tangens curvae $C(C)((C))$ transeuntis per extremitates

²² ⟨Darüber von Leibniz' Hand:⟩ suffecerit problema brevissimi appulsus ad omnigenas applicatum curvas proponi

²³ ⟨Darüber von Leibniz' Hand:⟩ malui exemplum adhiberi claritatis causa

²⁴ ⟨Darüber von Leibniz' Hand:⟩ Hoc procedet si ex una VC dantur reliquae sec. a sed hoc non semper licet quia non semper potest tolli x in transcendentibus

4–6 potest | quam modus differentiandi ... apperitur? erg. | Imo K^1 7 f. qualia ... ellipsis
erg. K^1

1 olim: vgl. III, 6, S. 426.

illarum portionum, quod sic facio: Quoniam VC seu α datur per a , ejus differentialis dabitur per da ; sit itaque $VC - V(C)$ seu $d\alpha = \overset{1}{\alpha}da$,²⁵ (per $\overset{1}{\alpha}$, $\overset{2}{\alpha}$, $\overset{3}{\alpha}$ etc. intelligo quantitates²⁶ diversimode datas per a). Sit jam VB , x ; ergo particula curvae $\overset{1}{C}_2C$ dabitur per dx affectam quantitate composita ex x et a (hujusmodi quantitates datas per x et a quaecunque hic occurrere possunt, vocabo²⁷ $\overset{1}{\varnothing}$, $\overset{2}{\varnothing}$, $\overset{3}{\varnothing}$, etc.) sit itaque $\overset{1}{C}_2C = \overset{1}{\varnothing}dx$; jam si differentietur $\overset{1}{C}_2C$ secundum a , manente x , habebitur $\overset{1}{C}_2C - \overset{1}{F}_2F$ seu $d\overset{1}{\varnothing}dx = \overset{1}{\varnothing}dxdx$,²⁸ hoc si iterum summetur sed secundum x manente a , erit $VC - VF = da \int \overset{1}{\varnothing}dx =$ (quia $\int \overset{1}{\varnothing}dx$ datur per a et x) $\overset{2}{\varnothing}da$; quoniam vero supra inventum est $\overset{1}{\alpha}da = VC - V(C) = VC - VF - \overset{1}{F}(C) = \overset{2}{\varnothing}da - F(C)$, habebitur $F(C) = \overset{2}{\varnothing}da - \overset{1}{\alpha}da$. Tandem quia BC datur per x et a , si secundum a differentietur manente x , proveniet FC data per da , esto ergo $FC = \overset{3}{\varnothing}da$. Unde si ducatur $B\theta$ parallela ipsi $F(C)$ id est tangenti curvae datae VF , et si fiat $CB \cdot B\theta :: FC \cdot F(C) :: \overset{2}{\varnothing}da - \overset{1}{\alpha}da \cdot \overset{3}{\varnothing}da :: \overset{2}{\varnothing} - \overset{1}{\alpha} \cdot \overset{3}{\varnothing}$,²⁹ tanget ducta $C\theta$ curvam $C(C)((C))$ in puncto C . Si nunc regula generalis inventa ad certum exemplum esset applicanda dispiciendum tantum esset quid sit $\overset{2}{\varnothing}$, $\overset{1}{\alpha}$, et $\overset{3}{\varnothing}$, primum enim et ultimum semper dabuntur per a et x promiscue, medium vero per a tantum; dari per a et x , vel per a , comprehendo etiam quando transcendenter vel ut Tu vocas quadratorie dantur: hoc enim processum regulae generalis non impedit.

Quod si hanc methodum ad problema brevissimi appulsus applicare velimus, reperiemus quidem facile tangentes synchronarum licet ordinatim positione datae curvae non sint similes ut in superior[e] mea solutione supposui; sed fateberis rem nondum confectam esse, etenim per hanc methodum quaeritur tantum positio tangentis ex dato puncto contactus in data synchrona, interim in celerrimo appulsu res secus se habet quia ex data positione tangente quaeritur punctum contactus. Superest itaque quo exerceas ingenium,

²⁵ ⟨Darüber von Leibniz' Hand:⟩ malim sic $d\alpha da$

²⁶ ⟨Darüber von Leibniz' Hand:⟩ pro $\overset{1}{\alpha}$ scribere malo $\overline{a} \perp 1$

²⁷ ⟨Darüber von Leibniz' Hand:⟩ malo $\overline{a \cdot x} \perp 1$ vel $\overline{a \cdot x} \perp 2$ etc.

²⁸ ⟨Darüber von Leibniz' Hand, gestrichen:⟩ = $d\overset{1}{\varnothing}dxdx$

²⁹ ⟨Darüber von Leibniz' Hand:⟩ malo : pro ratione cur = pro ::

⁵ vocabo: Das von Bernoulli hier eingeführte Symbol ist eine stilisierte Zusammensetzung aus a und x . ²⁸ malo: vgl. hierzu auch III, 6, S. 711.

ut tam nobile inventum omnibus numeris completum reddas, mihi videtur id praestari posse per intersectionem duarum aliarum curvarum, quae semper construi possunt.³⁰

Sed hisce nunc missis pervenio ad aliud egregium inventum pariter generalissimum in quod harum occasione incidi, et quod defectum tollit maximum methodi tangentium inversae, sicuti Tuo sublatus est aliquis methodi tangentium directae. Consistit illud in solutione hujus problematis:³¹ **C**onstruere curvam datas ordinatim positione curvas sive similes sive non similes in dato angulo sive invariabili sive data lege variabili secantem. Supposita similitudine curvarum ordinatim positione datarum, problema jam dudum solutum habui ut et in paucis aliis dissimilibus; nunc vero quomodo in similibus et dissimilibus generaliter id solverim paucis explicare haud ingratum Tibi fore confido. Sint curvae ordinatim positione datae AF , AE , AC etc. secundae a curva quaesita FEC in angulo dato quem hic exempli loco ponamus ubique rectum (ut videas, quam facile solutu sit, quod operose ex dioptriciis deducere volebas).³² Ad AH axem communem intelligatur applicari HG parameter curvae AE , cujus intersectio cum GH producta determinet punctum E in curva quaesita: Si hac ratione ubique parametri applicari intelligantur, fiet curva AG quam si determinaverimus eadem opera etiam FEC erit determinata. Esto itaque AH , x ; HG parameter variabilis a ; HE , vel HB (data per x et a) \varnothing ; quae si differentietur secundum a , manente x , habebitur BE ; sit itaque $BE = \varnothing_1 da$; differentiando vero BH seu \varnothing secundum x manente a , proveniet CI seu BD . Sit itaque $BD = \varnothing_2 dx$,

³⁰ ⟨Darüber von Leibniz' Hand:⟩ nihil aliud quaeritur quam ex lineis ordinatim positione datis illam definire quae datam aliam sive rectam sive curvam tangat. Imo et res adhuc facilius inveniatur, linea punctorum in quibus quaevis synchrona respective aeq[ualis] tangat rectam positione datae parallelam.

³¹ ⟨Darüber von Leibniz' Hand:⟩ res longe generalius habetur ex meis

³² ⟨Darüber von Leibniz' Hand:⟩ volebam, cum nondum novum hoc artificium reperissem

10 habui | ut et in paucis aliis ⟨—⟩ *erg.* | Nunc K^1 10 f. quomodo in dissimilibus | et generaliter *erg.* | id K^1 13 f. ut videas ... volebas *erg.* K^1 23 punctorum *erg.* LiK^2

14 volebas: vgl. N. 114, S. 479 Z. 3–15.

et proinde $DE = \overset{1}{\varnothing}da - \overset{2}{\varnothing}dx$, est autem $DC = dx$; ergo, quia ex conditione problematis
 angulus BCE est rectus, erit $\square DC = \square BDE$, id est $dx^2 = \overset{1}{\varnothing}\overset{2}{\varnothing}dadx - \overset{2}{\varnothing}^2dx^2$ seu $dx +$
 $\overset{2}{\varnothing}^2dx = \overset{1}{\varnothing}\overset{2}{\varnothing}da$: Haec igitur aequatio differentialis determinat curvam AG , qua constructa
 5 construitur etiam quaesita FEC ; ³³ nam data GH parametro, dabitur etiam curva AE
 cujus illa est parameter; atque adeo producta GH , occurret curvae AE in puncto E quod
 erit ad curvam quaesitam FEC . Hujusmodi constructio per parametrorum variabilium
 applicationem non inelegans mihi videtur, non dubito quin alibi quoque possit inservire,
 Tuo praesertim accedente ingenio. Notare hic convenit, quod si curvae ordinatim positione
 datae sint algebraicae, erit curva parametrorum AG transcendens primi generis; si illae
 10 sint transcendentes primi generis erit haec transcendens secundi, et ita consequenter.
 Patitur quidem hoc exceptionem in nonnullis exemplis particularibus, quando scilicet
 quantitas $\overset{1}{\varnothing}$ evadit algebraica, id quod per accidens fieri potest, etiamsi AF , AE , AC
 sint transcendentes. Iterum vale. ³⁴

Groningae d. 14 Augusti 1697.

15 Ut impleam vacuum hujus paginae transcribam huc quaedam ex literis Dn. Va-
 rignonii quas eodem die cum Tuis accepi, ut videas quam misere luat noster calculus
 apud invidos et ignaros; vix putem Lutheri et Calvinii reformationem durius habitam
 fuisse. *M^r le Marquis de l'Hospital*, inquit, *est encore à la campagne, desorte que je me*
trouve seul icy chargé de la défense des infiniment petits, dont je suis le vray martyr tant
 20 *j'ay désja soutenu d'assaux pour eux contre certains mathematiciens du vieux style, qui*
chagrins de voir que par ce calcul les jeunes gens les attrapent et meme les passent, font

³³ ⟨Darüber von Leibniz' Hand:⟩ ita scilicet problema de curva dati anguli ad
 curvas ordinatim positione datas reducitur ad tangentium inversam

³⁴ ⟨Darunter von Leibniz' Hand:⟩ Longe universaliora haberi possunt. Etiamsi an-
 gulus non sit datus variabili vel invariabili lege, id est licet puncto dato non detur tan-
 gentium curvae AE et curvae CE angulus, sed proprietas simul oscula involvens, seu

8–13 notare . . . Iterum vale *erg.* K^1 , *Schluss von* K^1


15 literis: vgl. Varignons Brief an Johann Bernoulli vom 6. August 1697 (Joh. BERNOULLI, *Briefw.* 2, S. 122–124, insbes. S. 124).

tout ce qu'ils peuvent pour le décrier, sans qu'on puisse obtenir d'eux d'écrire contre. Il est pourtant vray que depuis la solution que M. le Marquis de l'Hospital a donnée de votre problème de *Linea celerrimi descensus*, ils ne parlent plus tant ni si haut qu'auparavant. Quos hic vocat mathematicos styli veteris, haud dubie collimat in

Te coram, Illustris Vir, si ita prosperior sors tulisset, vel saltem litteris alloquendi. Quod 10
tamen ne facerem, adhuc me cohibuit conscius tenuitatis meae pudor, qui in Venerabilem
Conspectum Tuum prodire, nisi commoda occasione ablata, ducere jubebat nefas. Dum
igitur avida eam, sed inani spe expecto, accidit, ut ex lectissima juventute nostra cultio-
ribus ingeniis Analyticam Artem, me praeside, publice disputandam proponere placeret.
Cui honesto eorum desiderio quia deesse non poteram, laborem hunc haud ita multum 15
invitus subii. In quo dum versarer, Tuum mihi continuo Nomen, Tua, Magne Vir, cum
aliarum scientiarum omnium, tum hujus imprimis profunda, et mirabilis prorsus perit-
tia in oculis; In Te unum intuebar, tanquam exemplar eorum omnium, quaecunque de
hac arte ab homine dici queant. Tribus Dissertationibus rem, ut licuit, complecti visum,
quas ad finem adductas, acerrimo Tuo, Vir Illustris, judicio, accuratissimoque Examini 20
permittere, utrum liceret, diu ambigebam; indigna earum levitate utique ab hoc ausu
deterritus. Ex altera tamen parte stimulabat me tenerrima cupiditas, in Tui, Magne Vir,
intimiorum notitiam, hactenus a me tot votis expetitam perveniendi. Et vicit quidem ad
ultimum hoc desiderium; praecipue postquam accessit Viri Maxime Reverendi, Dn. Men-
ckenii, Tibi, Vir Illustris, notissimi hortatus, qui idipsum hactenus a me nondum factum 25
esse, pene visus est moleste ferre. Mitto, igitur Tibi levidenses has Disputationes, acu-
tissimaeque Censurae Tuae illas relinquo; haud vulgare beneficium fortunae debiturus,
si meliore solidioreque Tua, Magne Vir, informatione mihi frui, atque ex Te potissimum
proficere, licebit. Sed et illud a Te, Vir Illustris, quod in Secunda Dissertatione depre-
hendes factum publice, privatim quoque nunc enixe etiam atque etiam contendere audeo, 30
ut, quae circa Transcendentalem Mathesin a Te solertissime inventa novi, ne invidias se-
culo, sed eadem quamprimum Orbi communices, avidissime jamdudum expectanti. Ego
certe, donec id impetravero, publice privatimque, Te eo nomine rogare non desinam. Vale
Illustris et Magne Vir, quam diutissime in Orbis, et praecipue Musarum clientumque, in

quibus et me nomen meum profiteri patieris, solatium. Cui voto meo pro communi utilitate concepto ut exitus respondeat, Numen Aeternum submissa prece venerari nunquam desistam. Iterum vale, faveque

Illustris Amplitud. Tuae Devotissimo Cultori Joh. Balthas. Wernhero.

5 Dabam Lipsiae d. 27. Septembr. A. 1697.

Viro Illustri, Amplissimo, Excellentissimo atque Consultissimo Domino Gothofredo Guilielmo Leibnizio, Serenissimi Electoris Hannoverani Consiliario Intimo longe Gravisimo, Ejusdemque Bibliothecario per Orbem Celeberrimo etc. Patrono Meo aeternum Devenerando. Hannovera. Franco. Braunsch.

10 146. LEIBNIZ AN JOHN WALLIS

[Hannover, 12. Oktober] 1697. [128. 147.]

Überlieferung:

- 15 *l* Abschrift oder verworfene Abfertigung (ohne P.S.): LBr. 974 Bl. 24–25. 1 Bog. 4°. 3 S. von Schreiberhand mit Korrekturen, Ergänzungen und Schlussformel von Leibniz' Hand (*Lil*).
- A* Abschrift der nicht gefundenen Abfertigung: ST. ANDREWS *University Library* Ms. 31010 Bl. 127. 2°. 1¼ S. von D. Gregorys Hand. Anschrift. Textverlust durch Randschäden. Auf Bl. 127 v^o befindet sich auch *A* von N. 147. Am Schluss von Gregorys Hand: „Hasce recepit Wallisius 21 Octob. 1697.“ (Unsere Druckvorlage)
- 20 *E* Erstdruck nach der nicht gefundenen Abfertigung: WALLIS, *Opera* 3, 1699, S. 685–687 (teilw.). — Danach: 1. DUTENS, *Opera* 3, 1768, S. 116–119 (teilw.); 2. unter Berücksichtigung von *l*: GERHARDT, *Math. Schr.* 4, 1859, S. 40–43 (teilw.).

Zu N. 146: Die nicht gefundene Abfertigung antwortet auf N. 128 und wird beantwortet durch N. 154. Wie aus dem P. S. und dem Brief von J. Cresset an Leibniz vom 16. Oktober 1697 (I, 14 N. 343) hervorgeht, enthielt eine Sendung vom 8. Oktober an Cresset für Wallis Leibniz' *Novissima Sinica*, 1697, N. 147 und einen (nicht ermittelten) Bogen, den Leibniz mit der Abfertigung des vorliegenden Stücks verwechselt hatte (vgl. auch N. 154 Erl.). Daraufhin fügte Leibniz der Abfertigung das P. S. hinzu und sandte sie und ein weiteres Exemplar von N. 147 am 12. Oktober an Cresset (vgl. I, 14 N. 343). Dieser leitete beide Sendungen an Wallis weiter. — Die Textzeugen *l* und *E* weichen an einigen wenigen Stellen übereinstimmend von *A* ab. Dies deutet auf Abschreibfehler Gregorys hin.

A Mons^r Mons^r Wallis Theologien Celebre et Professeur à Oxford.

Vir plurimum reverende et Celeberrime.

Literas tuas quanto prolixiores tanto gratiores magna cum voluptate legi et diversarum methodorum recensionem elegantissimam et omnino tuo acumine dignam in illis agnosco. Puto tamen plures recte revocari posse ad unum idemque caput. Et figurarum resolutionem in partes assignabiles ab ea quae fit in partes inassignabiles nataque ex hac transformatione, toto Methodi Genere differre arbitror. Methodi autem inassignabilium a calculo differentiali sic absorbe[n]tur, ut quicquid his per figurarum contemplationem consequi licet, id ipso calculo facile possit obtineri. Quare momentorum et Regulae Guldinianae usus (cujus quidam in Pappo vestigia observant) convolutiones quas vocas et complicationes, et luxationes aliaque id genus ut specimina tantum universalioris infinitesimalium methodi accipio, quae calculo differentiali tractata velut sponte nascuntur. Et ut exemplo rem illustrem, Constat momentum trilinei ex axe dupliciter haberi posse, nempe vel per dimidiam summam quadratorum ab ordinatis axi applicatorum; vel per summam rectangulorum ab abscissa et ordinata, basi applicatorum. Atque haec quidem Te et Pascalium et alios ingeniosa figurae meditatio docuit. Et tamen horum duorum aequipollentia statim calculo differentiali patet. Differentietur enim quantitas $\frac{1}{2}xyy$, prodibit $\frac{1}{2}yydx + xydy$. Est autem $yydx$ idem quod quadratum ordinatae y applicatum ad axem, $xydy$ idem quod rectangulum sub ordinata et abscissa applicatum ad basin, vel pro re nata ad verticis tangentem. Itaque dimidia summa quadratorum ad axem, et summa rectangulorum ad basin ex se invicem pendent; cum summa eorum aequetur quantitati datae $\frac{1}{2}xyy$. Nam (ex calculo differentiali) cum $\frac{1}{2}dxyy$ (seu dimidia differentialis quantitas ipsius xyy) aequetur ipsi $\frac{1}{2}yydx + xydy$, utique summa horum vicissim nempe $\frac{1}{2} \int yydx + \int xydy$ facit $\frac{1}{2}xyy$. Summae enim differentiis reciprocae sunt. Ubi tamen notandum interdum pro alterutro signo +, poni signum -, quod ipsa calculi ratio itidem ostendit. Caeterum cum nos haec calculo assequi dico, non ideo figuralem considerationem contemno, quae nos huc duxit.


2 Vir plurimum *Anfang von l* 17 patet. Differentialis enim E 18 f. $yydx$ | idem quod quadratum ... axem, et $xydy$ est *erg. Lil* | idem quod l

9 Regulae: vgl. P. GULDIN, *De centro gravitatis*, Lib. II, 1640, Cap. VIII, insbes. S. 147. Die Regel wird auch erwähnt am Ende der Einleitung von PAPPUS, *Mathematicae collectiones*, Lib. VII.

Sed per Methodum convergentium Jacobi Gregorii, et per series infinitas Mercatoris, Newtoni et meas resolvitur figura in partes assignabiles. Ab his vero omnibus Methodis plane diversa est, totoque genere, alia tua Methodus interpolationum, ingeniosissima et felicissima mihi visa, qua optarem potuisses partes Cyssoidis ad partes semicirculi reducere, ut totam ad totum reduxisti. Nam quid alia Methodo consecutus sis (quemadmodum $\langle - \rangle$ et Hugenius calculo, nos haec in figura Cyssoidis facile obtinemus) de eo nunc non quaero. Itaque valde vellem illam propriam tuam methodum produci longius, cum obtineantur per eam, ad quae per calculum non aequae semper patet aditus. Nam quod certo modo interpolationes in partibus desinunt in series infinitas, hic non moror. Itaque vellem ut aliquis juniorum, tuo ductu hortatuque, inventa tuae methodi interpolatoriae in *Arithmetica infinitorum* expositae, vel in totis saltem, prosequeretur.

Quae meo nomine promisit D. Marchio Hospitalius paullatim efformo, quantum per negotia alia bene multa licet.


Verissimum est inventionem centri gravitatis et inventionem *m e d i i a r i t h m e t i c i* eodem redire.



Verbi gratia G esto centrum gravitatis totale ipsarum AB , BC , CD , quarum centra propria sint E , F , H . Erit AG medium arithmeticum inter ipsas AE , AF , AH . Et his similibusque considerationibus usus sum in diario Gallico ante annos aliquot cum publicarem et demonstrarem hanc propositionem universalissimam: Si Mobile M simul tendat motibus quotcunque quorum celeritates et directiones repraesententur rectis MN , MP , MZ , etc. motum compositum fore MR , ita ut recta haec transeat per S centrum


2 vero omnibus *erg. Lil* 5f. quemadmodum figura Hugenius calculoque nos haec in cissoide facile l quemadmodum tuo et Hugenii calculo, nos haec in cissoide facile E 10 interpolatoriae *fehlt E*
14 *i n v e n t i o n e m l*

5f. (quemadmodum ... obtinemus): Hier liegt wohl ein Abschreibfehler Gregorys vor, vgl. Z. 22f. Zu Huygens' Quadratur (auch von Teilflächen) der Zissoide vgl. N. 55, S. 212 Z. 8 Erl. Zu Leibniz' Beschäftigung mit der Quadratur der Zissoide vgl. VII, 4 N. 34, insbes. S. 574. 18 usus sum: vgl. LEIBNIZ, *Regle generale de la composition des mouvemens*, in: *Journal des sçavans*, 7. Sept. 1693, S. 648 bis 651. 21 MZ : In E , l hat der Punkt Z die Bezeichnung Q .



commune gravitatis punctorum N, P, Z etc. et sit MR ad MS ut numerus motuum componentium (seu punctorum N, P, Z etc.) ad unitatem. Ubi simul notavi si omnes conatus componentes sint in eadem recta ut AE, AF, AH , motum compositum fore ut AG . Notavi etiam alias quadraturam vel summationem nihil aliud esse quam inventionem Medii Arithmetici. Nam hoc medium habetur, si summam terminorum dividas per ipsorum numerum. Ergo vicissim ex ductu Medii Arithmetici in numerum terminorum fit summa. Itaque in quadrando trilineo $ABCA$ ipsae ordinatae LM habeantur pro terminis, qui ad puncta axis aequaliter divisi respondentia collocentur. Quo facto patet utique altitudinem AB referre numerum terminorum: Ac proinde si rectangulum $ABED$ aequ-

5



tur trilineo $ABCA$, ipsam AD esse mediam arithmeticam inter omnes, posito axe aequaliter diviso. Unde si mobile habeat infinitas numero magnitudineque infinite parvas sollicitationes ut sunt ipsae LM eodemque modo distributas vel applicatas; haberet impetum (ex infinitis sollicitationibus istis compositum) ut $ABCA$, vel ut $ABED$.

10


Nescio an animadverteris ex *Actis* Lips. me nonnihil promovisse regulam Guldini, nempe ut via centri gravitatis ducta in mobile aequetur area; id verum esse, etiamsi

15

4f. quam inversionem Medii E 6 terminorum *fehlt l* 11 Unde et si l Unde &, si E
 11 numero magnitudines infinite A , *korr. Hrsg. nach l E*

14 nonnihil: vgl. LEIBNIZ, *De geometria recondita*, in: *Acta erud.*, Juni 1686, S. 292–300, u. LEIBNIZ, *De novo usu centri gravitatis ad dimensiones*, in: *Acta erud.*, Nov. 1695, S. 493–495, wo das folgende Beispiel bewiesen wird.

mobilis partes successive quiescant, et reliquas motum continuantes quasi deserant, vel contra successive se reliquis jam motis adjungant. Exempli Causa, evolvatur Hugeniano



more curva ABC , et evolutione sua describat curvam ADE : Notetur FGH via centri gravitatis totius fili, etsi totum filum non simul moveatur. Nempe sit F centrum fili adhuc curvae ABC circumplicati, seu centrum hujus ipsius curvae et G sit centrum fili semi-evoluti DBC , constantis ex recta DB et curva BC , denique H (dimidium punctum rectae CE) erit centrum fili totaliter evoluti: Ergo rectangulum sub recta CE et curva FGH aequabitur areae trilinei mixtilinei $CEAC$.

Optarem non specimina tantum, sed et artificia artis tuae Cryptolyticae conservari curares. Est enim in his v[elut] fastigium quoddam subtilitatis simul industriaeque humanae. Agnosco certis methodis rem comprehendi non posse; Et si posset minus foret artificiosa; et vel ideo velim ipsa exponi artificia et quasi calculos problematis soluti. Neque ego ista per se, sed potius ob artem inveniendi hinc promovendam [aestimanda] censeo. Eoque hortor ut omnia candide exponi cures cum non facile extiturus sit qui neglecta vel suppressa a Te supplere possit. Vides me procuratorem apud te agere simul et Gloriam tuam, et publicum bonum atque posteritatis.

Vides etiam me a Mathematicis (per se non spernendis) ad graviora transire, atque adeo in re maximi momenti desinere velle quam prioribus litteris attigi, ac tu respondens

6 DB & arcu BC; E 13f. aestimanda censeo l E 17-587,3 etiam etc. [Caetera rem Mathematicam non spectabant.] Vale E, eckige Klammern in E

2 Hugeniano: vgl. *De linearum curvarum evolutione* in Ch. HUYGENS, *Horologium oscillatorium*, 1673. 3 FGH : In der (von Leibniz gefertigten) Zeichnung in *l* wie auch in der Zeichnung in *E* ist die Krümmung der Kurve FGH umgekehrt. Dies ist in *A*, wie hier wiedergegeben, korrigiert.

pro tuo insigni in pietatem veram Gloriamque Dei promovendam studio cordi tibi esse ostendisti. Sed praestare arbitror ut quae huic fini replicare visum est mihi peculiari schedula¹ hic adjecta complectar. Vale adhuc diu et fave

Deditissimus

Godefridus Guilielmus Leibnitius

Dabam Hanoverae 28 Sept. stilo vet. 1697.

5

Quod de quaesitis meis curam habuisti, et quae scire licuit indicasti, gratias ago. Quid de caeteris adjectis videatur, licet paucis lineis mature discere opto, vel ut reddita intelligam.

Consultum judicavi quae ad Te in adjectis perscribo, communicari etiam Viro excellentis Doctrinae et optimae voluntatis R. Bentleio. Quoniam enim tua aetas gravis ut Londinum excurras et rem coram agas non fert, poterit ille si videbitur supplere vicem tuam. Sed Saluto a me nunciata commenda(ndum) illi fortasse erit, ne res intempestive spargatur.

10

P. S.

Factum est casu nescio quo ut fasciculum pro te claudens, quem ad D. Cresset ablegatum Regium cur[avi] ipsas ad te litteras istas includere omiserim. Eas igitur nunc ad Te destino. Et si forte factum est, ut aliud quiddam pro literis, errore meo, ad te provenerit, mihi ut remittas rogo. Contin[eri] autem praeter literas in fasciculo illo debuere primum duae schedae prorsus geminae his (qui) quas nunc accipis, et quas ideo hic rursus addo quia literas istas ante fasciculum ad Te perventuras spero. D e i n d e Libellus paucorum foliorum quem titulo *Novissimorum Sinico[rum]* ante complures menses edi curavi, complexus relationes de religionis Christianae statu apu[d] Sinas, ex ipso illo imperio missas; aliaque nonnulla cognata quibus a me nil nisi praefatio acce[ssit].

15

20

¹ (An dieser Stelle Fußnote von Gregorys Hand:) sunt schedulae * de mit. ad Sinas protest. atque ** de recon. Protestantibus

5 1697 *Schluss von E* 10 Bentleio cum quo aliqua mihi, et si non per literas notitia est. Quoniam l 13 spargatur. *Schluss von l*

10 R. Bentleio: Richard Bentley. 26 notitia: Über Thomas Burnett of Kemney erfuhren Bentley und Leibniz voneinander, vgl. z. B. I, 13, S. 384 ff. u. I, 14, S. 364 f.

Quae Lipsiam tu misisse scribis eo pervenisse intellexi; effeci etiam dudum ut *Actis* Lipsiensi[bus] insererentur quae monueras potissima circa *Operum* tuorum recensionem. Quanquam hoc jam tu me significasse puto. Iterum Vale.

147. LEIBNIZ FÜR JOHN WALLIS UND RICHARD BENTLEY

5 Beilage zu N. 146. [146. 154.]

Überlieferung:

- L* Konzept: LBr. 974 Bl. 57–58. 1 Bog. 8°. 3 $\frac{1}{2}$ S. (Unsere Druckvorlage) — Gedr.: GERHARDT, *Math. Schr.* 4, 1859, S. 79–80.
- 10 *A* Abschrift der nicht gefundenen Reinschrift: ST. ANDREWS *University Library* Ms. 31010 Bl. 127 v^o. 2°. $\frac{3}{4}$ S. von D. Gregorys Hand im Anschluss an *A* von N. 146. Der erste Teil (Z. 14 – S. 589 Z. 23) ist mit einem Stern und der Überschrift „Scheda de mittendis Protestantibus ad Sinas.“ versehen, der zweite mit zwei Sternen und der Überschrift „Scheda de reconciliandis Lutheranis et (Reform.)“.

15 Mitto Tibi vir plurimum Reverende et Celeberrime, *Sinica novissima* mea, quae non alio Consilio edi curavi, quam ut exemplis alienis nostros excitarem. Interea plura de his rebus ad me sunt perscripta, atque inter alia: multos denuo patres Jesuitas appulisse ad portum Macaensem, idque Monarcham Sinarum magna cum voluptate intellexisse. Pontificem Romanum etiam centum millia scutorum nuperrime in Missiones Sinicas

1 Quae: Mencke hatte Leibniz im Brief vom 1. Juni 1697 (I, 14 N. 144) über Wallis' Schreiben an Mencke vom 11. Januar 1697 (LBr. 974 Bl. 8–13, gedr. in WALLIS, *Opera* 3, 1699, S. 659–667) informiert und es – wohl als Beilage – an Leibniz geschickt; vgl. auch N. 184. Das Schreiben enthielt als Beispiel zur Kryptographie einen verschlüsselten Brief und Wallis' Aufzeichnungen zur Entschlüsselung desselben. 2 insererentur: vgl. Leibniz' Artikel *Excerpta ex epistola . . . ad horum actorum collectores*, in: *Acta erud.*, Juni 1697, S. 254–256, der Leibniz' Rezension von WALLIS, *Opera* 1, 2, 1693–1695, in *Acta erud.*, Juni 1696, S. 249–259, korrigiert.

Zu N. 147: Das vorliegende Stück war Beilage zu N. 146. Es wurde auf Leibniz' Wunsch von Wallis an R. Bentley weitergeleitet, vgl. N. 154. Der erste Teil steht in Zusammenhang mit Leibniz' Werben für eine protestantische Chinamission (vgl. z. B. I, 14 N. 84, N. 91, N. 93, N. 121, N. 131, N. 132), der zweite mit seinem Bemühen um innerprotestantische Annäherung (vgl. z. B. I, 14 N. 346). — Wir wählen *L* als Druckvorlage, da die Abweichungen in *A* vermutlich Abschreibefehler sind. 14 mea: LEIBNIZ, *Novissima Sinica*, 1697. 16 f. multos . . . Macaensem: vgl. die *Relatio Sinensis de anno 1695* (LBr. 587 Bl. 72), die Leibniz als Beilage zu I, 14 N. 154 erhalten hatte. 17 Monarcham: der chinesische Kaiser Kangxi. 18 Pontificem: Papst Innocenz XII. Dies hatte Leibniz aus H. Ludolfs Schreiben vom 14. Juni 1697 (I, 14 N. 154) erfahren.

destinasse. Sed et Gallos in hanc rem incumbere magno nisu, ex ipsa Gallia accepi. Quae cum ita sint, profecto et honoris divini, et, si post hunc id quoque addere fas est, nostri, interesse censeo, ut offerentes se divinitus occasiones ne negligamus. Satis compertum habeo, Europaeas Scientias potissimum a magno illo principe in Patribus Jesuitis expeti, quibus ut moderatissime loquar, nihilo concedunt nostri.

Etsi autem divina gloria et verae religionis propagatio omnibus aliis rationum momenti praeponderet; addi tamen fas erit, Reipublicae etiam commerciorumque interesse, tantum Monarcham obligari beneficio nobis facili, ipsi autem magnopere expetito. Nam summa ejus delectatio est pulcherrima quaeque artificia Europaeorum, hominesque inprimis egregios nancisci. Quodsi is semel intelligat, quam praeclara sit nostrorum doctrina incredibiles ea res poterit habere utilitates. Quanti enim sit potentissimi mortali-
um animum devincire, qui ducentos hominum milliones habet sine exceptione parentes, ditionemque Europa tota majorem melioremque imperio complectitur, et (quod caput est rei) sapientia bonitateque praecellit, et vigore aetatis multos adhuc annos spondet, et regni haeredem iisdem sententiis imbui diligenter curat; cuivis prudenti aestimandum permitto.

Sed cum hic multum situm sit in ipsis initiis, ideo magna cura expendenda omnia censeo ac primum premenda consilia, ne intempestive emanantia facilius impediuntur. Deinde circumspiciendum de singularis dexteritatis magnaesque simul pietatis viris, quibus committi res tanta possit, et qui aliquandiu essent praeparandi. Et sunt non pauca mihi in hoc genere comperta, de quibus agi poterit fusius, ubi R^{mum} et Ill^{mum} Archiepiscopum vestrum Regni primatem, et res maximas apud vos administrantem, ad quem jam de nostris votis retulisti, animum illis advertisse constabit.

Cum divinae gloriae, communisque boni summam rationem habendam, ipsa doceat altior philosophia, agnoscamque Religionem protestantium recte intellectam digna deo sensa, verique cultus praecepta sanctissima continere; dandam operam nobis censeo, ut sarta tecta ad seram posteritatem transmittatur, inque id tanto magis incumbendum, quanto majora eam pericula novissimo rerum positu circumstant.

1 Gallia (1) intellexi (2) accepi L 8 tantum (1) Principem (2) Monarcham L 17 hic (1) omnia sita sint (2) multum . . . sit L 19 de singularis | ad eam rem *gestr.* | dexteritatis L 21 comperta | considerataque *gestr.* |, de quibus L 27 f. inque (1) eam curam (2) id L

21 f. Archiepiscopum: der Erzbischof von Canterbury Thomas Tenison.

Exploratum autem rerum peritis arbitror, nihil magis nocuisse, quam fatalem illam scissionem inter eos qui Evangelici et qui Reformati vocantur. Huic malo multi medelam afferre sunt conati, inprimisque ex Magna Britannia Duraeus olim rem singulari studio egit; sed sive quod Medici non satis perite morbum tractassent, sive potius quod nondum
5 ad crisis ille maturuisset, nihil est actum.

Nunc autem mihi compertum est, eo res esse loco ut Deo aspirante studiis virorum quorundam virtute et doctrina praestantium, qui serio in hanc curam incumbere volent, putem effici posse, quae omnem expectationem supergrediantur. Cujus rei haec argumenta habeo: quod Reformati quidem in Charentoniana olim Synodo, ubique inter ipsos
10 probata, aliisque modis promittitudinem suam declaravere, neque videntur placita retractaturi. Ex parte autem Evangelicorum, cognita mihi est insignium quorundam Theologorum prona mens, et magnorum Principum enixa voluntas. Et quod est amplius, ex his principibus unus, prudentia, zelo, et autoritate egregius, etiam voluit, ut talia a me scriberentur.

Quanam igitur ratione his animorum inclinationibus rerumque momentis non semper reedituris rite sit utendum, viris sapientia et pietate praestantibus arbitrandum relinquo; et facta jam pace talia agere opportunum Magnaeque Britanniae Regi et Nationi Theologis doctissimis et moderatissimis abundanti inprimis gloriosum fore puto.
15

1 quam totalem illam *A* 6 est, *fehlt A* 11 cognita . . . quorundam *fehlt A* 17 pace (1)
cogitationes illas opportunas (2) talia . . . opportunum *L*

3 Duraeus: J. Durie hatte sich ein Leben lang, u. a. in zahlreichen Schriften, für eine innerprotestantische Einigung engagiert. 9 Synodo: Die Synode fand 1631 statt, vgl. J. AYMON, *Tous les synodes nationaux des églises réformées de France* 2, 1710, S. 500 ff. 13 unus: Es könnte Kurfürst Friedrich III. von Brandenburg gemeint sein (vgl. I, 14 N. 339).

148. LEIBNIZ AN JOHANN BALTHASAR WERNHER

Hannover, 6. (16.) Oktober 1697. [145.]

Überlieferung:

- L^1 Konzept: LBr. 994 Bl. 3. 2°. 2 S. Am rechten Rand von Bl. 3r° Binomialkoeffizientenschema, gestrichen. (Unsere Druckvorlage) 5
- L^2 Konzept oder verworfene Abfertigung: LBr. 57,1 Bl. 322–323. 1 Bog. 4°. 4 S. Bibl.verm.: „forte ad Bernoullium“. (Unsere Druckvorlage)
- L^3 Teilkonzept: LH XXXV 3A,17 Bl. 2. 2°.
- l Teilkonzept: LH XXXV 3A,17 Bl. 1. 2°. von Schreiberhand. Korrekturen und letzte zwei Abschnitte von Leibniz' Hand (*Lil*). (Unsere Druckvorlage) 10

⟨ L^1 ⟩

Clarissime et Doctissime Domine

Debeo plurimum humanitati Tuae, debeo et inclyti Menkenii nostri in me propensione, quod a Te literas accipio easque non inanes aut solas, sed doctis de re Analytica Mathematicorum dissertationibus comitatas. Quo nomine Tibi gratias ago, et hortor ut in praeclaro stadio prout recte coepisti, decurrere pergas. Ita dubium nullum est posse tua industria et doctrina scientiam augeri. Ego certe siquid possum suppeditare operam libens polliceor eoque magis quod pauci nunc in Germania haec admodum agunt. Cum tamen Analyseos praesertim novissimae potissimam fortasse partem, mea qualicunque sive opera sive fortuna sibi vindicet Germania, et ejus intersit jus quaesitum tueri. 20

Quod Analyseos illius interioris, ab Aequationum certi gradus resolutione non pendens, fundamenta a me tradi postulas, de eo sic habeto. Bonam partem Elementorum Calculi differentialis a me propositi me consulto et conscio fuisse traditam ab illustri Marchione Hospitalio, libello nuper Gallice edito, quem in Latinum aliquando sermonem

12 Doctissime (1) Vir (2) Domine L^1 20 fortuna sive vindicet L^1 , *korr. Hrsg.* 21 illius (1) altioris (2) interioris L^1 23 a me propositi *erg.* L^1

Zu N. 148: Die nicht gefundene Abfertigung antwortet auf N. 145. Weitere Korrespondenz zwischen Leibniz u. Wernher ist nicht bekannt. 15 dissertationibus: die Beilagen zu Wernhers Schreiben, vgl. N. 145 Erl. 24 libello: G. F. de L'HOSPITAL, *Analyse des infiniment petits*, 1696.

verti operae pretium foret. Ut adeo hac laboris parte supersedere possim. Tametsi multa adhuc supersint in hac infinitesimalium Scientia, quae aliquando Deo volente tradere spero.

Interea etiam in communi Algebra speciosa plurima adhuc desunt. Nemo enim in
5 Analysis aequationum excessit quartum gradum. Velim etiam non tantum praecepta ali-
quid peragendi, sed et formulas Theorematicas tradi, quarum ope calculus semel in uni-
versum jam peractus habeatur; et quilibet deinde possit formulam generalem applicare
ad casum specialem. Exempli causa habemus dudum potestates Binomii seu Bisectionis.

Nam si $x = a + b$, fiet $x^2 = aa + 2ab$ et $x^3 = a^3 + 3a^2b$ et $x^4 = a^4 + 4a^3b + 6aabb$
10 $\qquad\qquad\qquad bb \qquad\qquad\qquad b^3 \qquad ab^2 \qquad b^4 \qquad ab^3$

et $x^5 = a^5 + 5a^4b + 10a^3b^2$ et $x^6 = a^6 + 6a^5b + 15a^4b^2 + 20a^3b^3$, ubi numeri coefficientes
15 $\qquad b^5 \qquad ab^4 \qquad a^2b^3 \qquad b^6 \qquad ab^5 \qquad a^2b^4$

sunt combinatorii seu figurati. Sed pro Trinomio et aliis magis adhuc polynomiis cum
nemo regulam dedisset, animum ipse olim applicui et rem reperi generaliter. Sit $x =$
15 $a + b + c + d$ etc. partium quotcunque fiet generaliter $x^2 = a^2 + 2ab$ et $x^3 = a^3 + 3a^2b + 6abc$
et $x^4 = a^4 + 4a^3b + 6a^2b^2 + 12a^2bc + 24abcd$. Et ita porro ita ut semper dato membro seu
termino veluti a^2bc possim assignare numerum coefficientem veluti hic 12, sed porro
per a^3 , vel a^2b compendiose designo omnia ejusdem formae, ita ut a^3 sit $a^3 + b^3 + c^3$
etc. et a^2b sit $a^2b + ab^2 + a^2c + ac^2 +$ etc. $+ b^2c + bc^2 + b^2d + bd^2 +$ etc. $+ c^2d + cd^2 +$
20 $c^2e + ce^2 +$ etc. et ita porro quae mirum praebent calculi compendium. Hanc autem
generalem sectionem pro potestatibus seu potestates polynomiorum aliquando in Tabula
exhiberi aliquousque perutile foret. Similiter, cogitavi, etsi Methodus habeatur tollendi
irrationales ex aequationibus, tamen canones non esse conditos generales, sed semper
calculum in oblati esse ineundum. Tentavi aliquot Canones pro Trinomiis. Sit $a + b + c = 0$
25 quae membra suppono vel omnia vel uno demto esse radices irrationales ejusdem gradus,
ubi reperi hoc initium Tabulae:

2f. in (1) altiora (2) hac ... Scientia, quae (a) longius partim detecta (b) aliqando ... spero L^1
4 speciosa (1) multa mihi videntur adhuc (2) plurima ... desunt L^1 6 sed et (1) Canones (2)
formulas L^1 6f. universum (1) jam sit peractus (2) jam peractus habeatur. L^1 8 habemus (1)
(ut appello) bisectionem potestatum (2) dudum bisectionem pro potestatibus potestates L^1 , *korr. Hrsq.*
11–13 ubi ... figurati *erg.* L^1 13 et (1) altioribus (2) aliis L^1 15 partium ... generaliter *erg.* L^1
17 veluti a^2bc *erg.* L^1 17 veluti ... porro *erg.* L^1 18 per a^3 | autem compendio intelligendo
gestr. |, vel L^1 18 a^2b (1) intelligo (2) compendiose designo L^1 21 generalem (1) Bisectionum (2)
sectionem lateris (3) sectionem pro potestatibus | seu ... polynomiorum *erg.* | aliqando L^1 24f. = 0
(1) ubi suppono vel omnes irrationales esse (2) quas (3) quae membra suppono esse irrationales ejusdem
gradus (4) quae membra ... gradus L^1

$$\begin{aligned}
 a + b + c = 0 &= a && \text{ita Tolluntur Radices} \\
 0 &= a^4 - 2aabb && \text{Quadraticae} \\
 0 &= a^9 + 3a^6b^3 - 21a^3b^3c^3 && \text{Cubicae} \\
 0 &= a^{16} - 4a^{12}b^4 + 6a^8b^8 - 124a^8b^4c^4 && \text{Biquadraticae}
 \end{aligned}$$

Si quis quadrinomialium velit liberare ab irrationalibus quadraticis, seu si $a + b + c + d = 0$ 5
 posito a, b, c, d , esse $\sqrt[2]{m}, \sqrt[2]{n}, \sqrt[2]{p}, \sqrt[2]{q}$, id poterit praestare reducendo ad Trinomialium hoc
 modo[:] Ex aequ. 1 fiet $-a - b = c + d$ unde quadrando fiet $a^2 + b^2 + 2ab = cc + dd + 2cd$
 per compendium $aa + bb - cc - dd$ vocetur ee , et ex aeq. 3 ope 4 fiet $ee + 2ab - 2cd = 0$. Ita
 res est reducta ad trinomialium. Et ex aequ. superiore $0 = a^4 - 2aabb$ pro a, b, c substituendo
 nunc $ee, 2ab, -2cd$, prodibit aequatio carens irrationalitate quadratica, nempe $(6^{to}) e^8 + 8a^4b^4 + 8c^4d^4 - 8(a^2b^2 + c^2d^2)e^4 - 32a^2b^2c^2d^2 = 0$ sed malim tamen in hac aeq. jam inventa
 pro ee substitui valorem assumptum et reordinari in Theorema simile praecedentibus, ut
 scilicet literae a, b, c, d , habeant se similiter. Mihi facere non vacavit. Tironi alicui
 non inutilis exercitii causa leviculum hoc committi posset. Et oportet ut evanescentibus
 membris legem justitiae turbantibus, postremo quaevis litera pari jure uti comperiat. 15
 Quam considerationem magnos etiam alios usus in analysi habere deprehendi.

Postremo operae pretium putavi de notandi ratione commoditatis gratia quaedam
 suggerere. Nempe ut alia nunc taceam pro divisione, fractione, aut ratione $\frac{a}{b}$ saepe ad-
 hibere soleo $a : b$ in usum Typorum maxime, ne ob exiguam statim fractionem necesse
 sit turbari typos, et lineam integram perdi. Hinc et pro analogia vel proportione ut sig-
 nificem esse a ad b ut c ad d scribo $a : b = c : d$, vel $2 : 5 = 6 : 15$. Nam fractionum 20
 aequalitas revera indicat rationem esse eandem, itaque non opus est peculiaribus notis ut
 quidam adhibent $a \cdot b :: c \cdot d$ vel $2 \cdot 5 :: 6 \cdot 15$, cum tamen $::$ nihil aliud praestet quam $=$ et
 simplex punctum commodius significet multiplicationem. Nam $2 \cdot 3 \cdot 5$ significat 30, saepe

7 Ex aeqv. 1 erg. L^1 7 quadrando fiet erg. L^1 10 (6^{to}) erg. L^1 14 Et (1) pro calculi
 (a) comprobatione erit si (b) confirmatione tandem (2) oportet ut L^1 15 litera | (ubi oportet) *gestr.* |
 pari L^1 16 Qvam considerationem magnos (1) alios usus in (a) calculo (b) analysi habere deprehendi
 aeqvitatatis (2) alioquin usus (3) etiam alios usus L^1 17 f. pretium (1) adjici (2) putavi (a) communicare
 Tibi indiculum aliquem mearum notarum (b) de notandi ... quaedam suggerere L^1 18 Nempe (1)
 pro (a) lineis (b) lineolis (2) ut L^1 20 f. perdi (1) ita et saepe pro lineola super ducenda uti commate
 quod (2) Hinc et pro ... $2 : 5 = 6 : 15$ L^1 20 vel proportione erg. L^1 23 vel $2 \cdot 5 :: 6 \cdot 15$ erg. L^1
 24 significet (1) divisione *bricht ab* (2) multiplicationem L^1 24–594,1 Nam (1) $3 \cdot 5 \cdot 6$ (2) $2 \cdot 3 \cdot 5$
 significat 30 sed (3) $2 \cdot 3 \cdot 5$ significat 30, ... peragere, sed L^1

enim praestat operationem actu ipso non peragere, sed $2 \cdot 3 : 5$ significat $6 : 5$ seu 6 divis.
 per 5 . Typorum etiam gratia interdum pro ducendis super formula lineolis, praesertim
 ubi lineola super lineola ducenda est, utor commatibus vel parenthesisibus. Sic $\overline{a : bc}$ vel
 $(a : b)c$ vel $a : b, c$ significat a dividi per b , et productum multiplicari per c . Etsi enim idem
 5 proveniat ac si esset $ac : b$, seu ac si a multiplicaretur per c et productum divideretur per
 b . Tamen alius priori modo indicatur ordo operationis. Coincidunt quoque mihi sequentia:
 $\overline{a + bc + aa + bbab}$ vel $((a+b)c+aa+bb)ab$ vel $(a+b)c+aa+bb, ab$. Nempe $a+b$ multiplicari
 per c , producto addi $aa + bb$, summam denique multiplicari per ab]. Sed finiendi tempus
 est. Vale.

10 Dabam Hanoverae Octob. 1697.

$\langle L^2 \rangle$

Clarissime et Doctissime Domine

Debeo plurimum humanitati Tuae, debeo et inclyti Menkenii nostri in me propen-
 sioni, quod a Te literas non inanes aut solas, sed doctis de re Mathematicorum Analytica
 15 dissertationibus Tuis comitatas accipio. Eoque nomine Tibi gratias ago, et hortor porro
 ut in coepto praeclare stadio decurrere pergas; ita enim dubium nullum est, posse Tua
 industria maximi momenti scientiam augeri. Ego certe si quid pro sepo Tuo tam laudabili
 possum, operam libens polliceor; eoque magis quod paucos in Germania esse video, qui
 hoc admodum agant. Cum tamen Analyseos praesertim novissimae potissimam partem
 20 mea qualicunque sive opera sive fortuna sibi vindicet Germania, ejusque intersit, jus
 suum tueri.

Expetis autem, Vir Clarissime, ut si qua forte ad dissertationes Tuas notanda occur-
 rant non dissimulem. Ego vero non censorem ago, sed cogitata interdum cum amicis con-
 fero, ut optimum eligatur. Inter alia multos passim video conqueri de varietate notandi.

5 et (1) proveniens (2) productum L^1 6 operationis. (1) Idem quoque mihi significant (2)
 Coincidunt quoque mihi significant sequentia L^1 , *korr. Hrsg.* 7–10 $+aa + bb, ab$ (1) Sed finiendi
 tempus est. Vale. (a) $\langle et \rangle$ rem in praeclaris (b) dabam Hanoverae Octob. 1697. (2) Nempe $a + b \dots$
 1697. L^1 17 pro sepo \dots laudabili *erg.* L^2

15 dissertationibus: die Beilagen zu N. 145.

Itaque certi aliquid recipi prodesset. Communiores Notas ut a me adhiberi solent multoque usu commodae repertae sunt, videre potes in Scheda adjecta; quae fortasse conferri possunt cum prima Tua dissertatione.

Ad secundam dissertationem Tuam observo pro reductione irrationalium quantitatum potissimum adhuc desiderari ut Fractionis denominator ab irrationalitatibus liberetur. Res quidem semper in potestate est, pro quovis exemplo oblato, si quis calculi laborem subeat; sed praestaret rem semel in universum ad theoremata certa velut in tabula conspicienda, revocari, ne imposterum laborari amplius esset opus in exemplis. Et quidem si denominator sit binomium, trinomium, quadrinomium, etc., primum quantitates irrationales seu nomina, si non sint ejusdem gradus, debent ad eundem gradum reduci. Ut si sit fractio $\frac{1}{\sqrt[2]{a} + \sqrt[3]{b}}$ fiet inde $\frac{1}{\sqrt[6]{a^3} + \sqrt[6]{bb}}$, quemadmodum et tu praescripsisti. Superest ergo jam ut ea tantum polynomia tractentur quae sunt ejusdem gradus, ut si sit $\frac{1}{\sqrt[2]{a} + \sqrt[2]{b}}$, fractio liberanda ab irrationalitate in denominatore (nam numerator quis sit hic non refert). Oportet ut formula irrationalis $\sqrt[2]{a} + \sqrt[2]{b}$ per aliam multiplicetur, talem ut productum fiat rationale; quod semper fieri potest, quotcumque demum sint irrationales, aut quicumque demum sit earum gradus. Nempe si hanc formulam multiplices per istam $\sqrt[2]{a} - \sqrt[2]{b}$, prodibit $a - b$; itaque ex fractione proposita $\frac{1}{\sqrt[2]{a} + \sqrt[2]{b}}$ fiet $\frac{\sqrt[2]{a} - \sqrt[2]{b}}{a - b}$. Et generaliter ex $\frac{1}{m\sqrt[2]{a} + n\sqrt[2]{b}}$ fiet $\frac{m\sqrt[2]{a} - n\sqrt[2]{b}}{mma - nnb}$. Ubi per m et n significatur numerus quicumque adeoque et signum, utcumque variatum, ut si m significaret $+1$ et n significaret -1 tunc ex $m\sqrt[2]{a} + n\sqrt[2]{b}$ fieret $\sqrt[2]{a} - \sqrt[2]{b}$.

In scheda adjecta ascripta est Tabula per quam generaliter apparet modus omnes fractiones denominatorem habentes binomium, cujuscunque gradus, ab irrationalitate denominatoris liberandi. Sed vellem similis haberetur Tabula pro Trinomiis cujuscunque gradus; ut paulatim progressus fieret ad generalem methodum pro polynomiis quibuscunque. Et vero haberet ea res alios multos usus in calculo. Nam ita, si data quavis for-

5 ut | semper *gestr.* | Fractionis L^2 9 f. quantitates *erg.* L^2

2 Scheda adjecta: vgl. *l.* 3 prima ... dissertatione: J. B. WERNHER, *Disputatio de praecipuo analyseos mathematicae fundamento*, 1697. 4 secundam dissertationem: J. B. WERNHER, *Dissertatio de secundo analyseos mathematicae fundamento*, 1697. 21 scheda adjecta: *a. a. O.*

mula irrationali integra, daretur alia formula irrationalis integra talis, ut ambae invicem ductae faciant formulam rationalem (quod quidem semper possibile esse, possum demonstrare); haberetur eadem opera generalis methodus omnem aequationem ab irrationalitatibus liberandi; omnis enim aequatio pro tali formula haberi potest, quae sit
 5 nihilo aequalis. Calculus autem pro Trinomiis utiliter a Tironibus posset per partes institui, qui eadem opera sese in calculando exercerent et suffecerit facilitatis causa loco $m\sqrt{a} + n\sqrt{b} + p\sqrt{c}$, tantum sumi $\sqrt{a} + \sqrt{b} + \sqrt{c}$, cum ex re pro hoc inventa facile pro illo in speciem generaliori deduci possit irrationalitatis sublatio.

Denique quod tertiam attinet dissertationem Tuam qua de Aequationum resolutione
 10 agis, recte quidem facis, quod illic in aequationibus quadraticis gradum sistis. Interim fatendum est Algebrae hic nimium quantum adhuc esse imperfectam, nam habemus tantum hactenus resolutionem perfectam analyticam aequationis Quadraticae, Cubicae, et Quadrato-quadraticae cujuscunque non ultra. Cujuscunque inquam, nam etsi in cubicis interveniant interdum imaginariae seu impossibiles; tota tamen radix ob virtualementem
 15 impossibilitatis destructionem revera est possibilis; nec aliter valor analyticus his casibus haberi potest aut debet. Sed nemo unquam longius processit, aut ad quintum saltem sextumque gradum pervenit. Quam ad rem tamen viam pedum video novis theorematibus inaedificatam; ut arbitror viris ingeniosis et in calculo versatis manus mecum admoventibus, pomoeria etiam communis Algebrae nimis hactenus angusta, proferri posse.

Ita vides me nihil minus quam censorem agere aut posse aut velle in dissertationes
 20 tuas, quae mihi praecepta verissima continere videntur; sed annotare tantum quid ad scientiae incrementum nobis adhuc agendum videatur; quod non magis Tibi quam caeteris Algebrae dictum putandum est. Ad Te autem ideo perscribo, ut Te magis magisque ad praeclara praestanda excitem. Caeterum cum Tibi magis specimina quaedam, quam
 25 scientiae elementa tradere propositum fuisse appareat; multa pro elementis supplenda fore aut quoadmodum tractandi immutanda, ipse fortasse non negabis.

Postremo quod a me postulas ut altioris cujusdam Analyseos, in qua nonnihil praestiti, praecepta tradam; de eo sic habeto: meo iudicio Mathesin Universalem seu Scientiam

1 f. ambae (1) inter se (2) invicem L^2 25 pro (1) iis (2) elementis L^2 26 quoadmodum tractandi erg. L^2

9 tertiam ... dissertationem: J. B. WERNHER, *Dissertatio de tertio eoque ultimo analyseos mathematicae fundamento*, 1697.

de Quantitate in universum duas habere partes, unam solas tractantem quantitates finitas, et potissimum aequationibus certi gradus operam dantem, quam proprie Algebra vocare soleo; alteram esse Analysin infiniti, quae scilicet infinitas aut infinitesimas (seu infinite parvas) adhibet, ut per eas tandem ad mere finitas seu ordinarias quaesitas deveniatur. Adhibentur ergo infinita <ob> gratiam finitorum. Hujus Analyseos partem non contemnendam cum libro nuper edito explicuerit illustris Marchio Hospitalius; vides id quod a me postulas jam pro bona parte haberi; cum ipse sese in Methodum meam velut commentarium scripsisse profiteatur. Restant adhuc quaedam altiora, quae partim ipse jam inveni, partim viri egregii meam methodum excolentes, quotidie mecum producant et quae aliquando novi operis materiam dabunt. Interea utile fortasse foret Dn. Marchionis librum ex Gallico in Latinum sermonem translatum in Germania publicari. Quod superest Vale Vir Clarissime, et symbolam tuam porro ad hanc scientiam ornandam confer.

Deditissimus

Godefridus Guilielmus Leibnitius.

Dabam Hanoverae 6 Octob. 1697.

<l>

Notae Algebraicae usitatiores

Additio:	$a + b$	
Subtractio	$a - b$	
Multiplicatio	$a \wedge b$ vel ab vel $2 \cdot 3$ id est 6, vel $2 \cdot 3 \cdot 5$ id est 30	20
Divisio	$a : b$ vel $\frac{a}{b}$. Eodem modo exprimitur r a t i o a ad b	
Ductio in se	$\boxed{3}a$ id est a^3 vel cubus ab a	
	seu potentia	
Extractio	$\sqrt[3]{a}$ radix cubica de a, vel $\boxed{\frac{1}{3}}a$	
Aequalitas,	$a = b$	25
Majoritas	$a \sqsupset b$ a majus quam b	
Minoritas	$a \sqsubset b$ a minus quam b	

2 certi gradus erg. L^2 9 mecum erg. L^2 10 et erg. L^2 27 | id est gestr. | a minus L^3 id a minus l, korr. Hrsg.

	Analogia vel	$a : b = c : d,$	significat a esse ad b , ut c ad d
	proportio		
	verb. gr.	$3 : 5 = 6 : 10,$	seu ratio 3 ad 5, aequalis est rationi 6 ad 10
5	Vincula et } distinctiones }	pro his adhibeo lineas, parentheses, commata pro re nata	
		$\overline{a + bc}$	vel $a + b, c$, vel $(a + b)c$ significat $a + b$ multiplicari in c
		$\overline{a + b} : c$	vel $a + b, : c$ vel $(a + b) : c$ significat $a + b$ dividi per c
		$ab : c,$	significat factum ex a in b dividi per c
		$2 \cdot 3 : 5$	significat factum ex 2 in 3 dividi per 5
10		$\overline{a : cb}$	vel $(a : c)b$ vel $a : c, b$ idem quidem efficit quod $ab : c$ sed alium indicat ordinem operationis, ut prius a dividatur per c , et proveniens multiplicetur per b .
15		$\overline{\overline{a + bc + aa + bbab}}$	} Haec omnia idem significant, nempe $a + b$ multiplicari per c , ad productum addi $aa + bb$; denique summam provenientem multiplicari per ab
	vel	$\overline{(a + bc + aa + bb)ab}$	
	vel	$\overline{(a + b)c + aa + bbab}$	
	vel	$\overline{((a + b)c + aa + bb)ab}$	
	vel	$\overline{a + bc + aa + bb, ab}$	
	vel	$\overline{(a + b)c + aa + bb, ab}$	

Saepe autem utile est commata et parentheses adhiberi potius quam Lineolas, quoties una lineola super aliam esset ducenda, quod praesertim in typis saepe incommodum est, facitque nimium spatii occupari.

Sunt et aliae notae, ut ambiguitatis, disjunctivorum, relationis, similitudinis, congruentiae, coincidentiae. Et pro calculo quoque infinitesimali, differentiarum summarumque varii gradus, certis notis utimur; sed has ut minus ordinarias, hic omitto.

4 pro re nata *erg. L³ Lil* 24 certis notis utimur; *erg. L³ Lil* 24-599,2 omitto.
 $| a + b, a - b = aa - bb$
 $a + b, aa - ab + bb = a^3 + b^3$ $a^3 - a^2b + ab^2$
 $a + b, a^3 - a^2b + ab^2 - b^3 = a^4 - b^4$ $a^2b - ab^2 + b^3$
 etc. ita porro *gestr.* | *darunter von Leibniz waagrechtter Strich, darunter:*
 $\frac{1}{m\sqrt[2]{a + n\sqrt[2]{b}}} = \frac{m\sqrt[2]{a} - n\sqrt[2]{a}}{mma - nnb}$ *daneben:* Haec Methodus tollendi irrationales non tantum usum habet pro fractionum denominatoribus, sed etiam pro aequationibus in universum L^3

Liberatio Fractionum binomiarum a denominatore irrationali

$$\frac{1}{m\sqrt[2]{a} + n\sqrt[2]{b}} = \frac{m\sqrt[2]{a} - n\sqrt[2]{b}}{mma - nnb}$$

$$\frac{1}{m\sqrt[3]{a} + n\sqrt[3]{b}} = \frac{mm\sqrt[3]{aa} - mn\sqrt[3]{ab} + nn\sqrt[3]{bb}}{m^3a + n^3b}$$

$$\frac{1}{m\sqrt[4]{a} + n\sqrt[4]{b}} = \frac{m^3\sqrt[4]{a^3} - m^2n\sqrt[4]{a^2b} + mn^2\sqrt[4]{ab^2} - n^3\sqrt[4]{b^3}}{m^4a - n^4b}$$

$$\frac{1}{m\sqrt[5]{a} + n\sqrt[5]{b}} = \frac{m^4\sqrt[5]{a^4} - m^3n\sqrt[5]{a^3b} + m^2n^2\sqrt[5]{a^2b^2} - mn^3\sqrt[5]{ab^3} + n^4\sqrt[5]{b^4}}{m^5a + n^5b} \tag{5}$$

$$\frac{1}{m\sqrt[6]{a} + n\sqrt[6]{b}} = \frac{m^5\sqrt[6]{a^5} - m^4n\sqrt[6]{a^4b} + m^3n^2\sqrt[6]{a^3b^2} - m^2n^3\sqrt[6]{a^2b^3} + mn^4\sqrt[6]{ab^4} - n^5\sqrt[6]{b^5}}{m^6a + n^6b}$$

Et ita porro. Hinc enim apparet progressus in infinitum.

Nota: possent m et n negligi, seu poni aequal. 1. Quasi esset tantum $\sqrt{a} + \sqrt{b}$. Facile enim ex calculo pro $\sqrt{a} + \sqrt{b}$ duci potest calculus pro $m\sqrt{a} + n\sqrt{b}$. Idemque est in Trinomiis, aut pluribus adhuc nominibus. 10

Qui calculum eundem pro Trinomiis peragere volet, poterit pro praesenti Algebrae statu subsistere in sexti gradus irrationalibus seu in Fractione $\frac{1}{\sqrt[6]{a} + \sqrt[6]{b} + \sqrt[6]{c}}$. Nam ulterius procedendo, calculus nimis prolixus orietur, donec Tabulae quaedam Combinatoriae ad promovendam Algebrae necessariae, praeparentur. Sed et pro Quadrinomiis suffecerit interim procedi usque ad cubicas radices; pro Quinomiis vero aut Senomiis poterit in Quadraticis Radicibus subsisti. 15

1 Liberatio ... irrationali fehlt L^3 , erg. Lil 8-16 Nota: ... subsisti Lil 16 subsisti darunter von Leibniz waagrechter Strich, darunter:

Sit $a + b + c = 0$	seu	$a = 0$
fiet pro	{	Quadraticis $a^4 - 2aabb = 0$
tollendis		Cubicis $a^9 + 3a^6b^3 - 21a^3b^3c^3 = 0$
irrationalibus		Biqvadraticis $a^{16} - 4a^{12}b^4 + 6a^8b^8 - 124a^8b^4c^4 = 0$

3 $\frac{1}{m\sqrt[3]{a} + n\sqrt[3]{b}}$: Es muss $\frac{1}{m\sqrt[3]{a} + n\sqrt[3]{b}}$ heissen. Analog in der folgenden Zeile.

149. LEIBNIZ AN GUILLAUME FRANÇOIS DE L'HOSPITAL

[Hannover], 8./18. Oktober 1697. [143. 250.]

Überlieferung:

- 5 L^1 Verworfen Abfertigung: LBr. 560 Bl. 103–104. 1 Bog. 8°. 4 S. — Gedr.: GERHARDT, *Math. Schr.* 2, 1850, S. 328–330 (teilw.).
- L^2 Verworfen Teilreinschrift des Briefschlusses und P. S.: LBr. 560 Bl. 105–106. 8°. 1 Bog. 4 S. Das P. S. (Bl. 105 v^o–106) ist vollständig gestrichen. Am Fuß von Bl. 105 r^o von Leibniz' Hand: „vertatur si placet“. — Gedr. (ohne P. S.): GERHARDT, *Math. Schr.* 2, 1850, S. 329.
- 10 l Auszug aus der nicht gefundenen Abfertigung: LBr. 560 Bl. 99–100. 1 Bog. 4°. 3 S. von Schreiberhand, Überschrift, Ergänzungen und Korrekturen von Leibniz' Hand (*Lil*). — Gedr.: GERHARDT, *Math. Schr.* 2, 1850, S. 330–331.

Pro quadrinomio sit $a + b + c + d = 0$ fiet $-a - b = c + d$ et $a^2 + b^2 + 2ab = c^2 + d^2 + 2cd$ seu $0 = a^2 + b^2 - c^2 - d^2 + 2ab - 2cd$ et ita res ad trinomium reducta. Unde si $a^2 + b^2 - c^2 - d^2$ vocetur ee fiet $+e^8 - 8e^4a^2b^2 - 32a^2b^2c^2d^2 = 0$

$$\begin{array}{r} +8a^4b^4 \\ 8c^4d^4 \end{array} \quad c^2d^2$$

Ex Tabula illa mea reductoria potentiarum ad formas x, y, z, ω etc. seu $\underline{a}, \underline{ab}, \underline{abc}$ videtur haberi posse generalis reductio irrationalium. At posito $x = 0$ [.] (1) Forte adhuc melius si sola adesset x (—) quia $x = 0$ fieret (a) $0 = \underline{aa} + 2ab$ (b) $0 = \underline{a^3} + 3\underline{a^2}b + \langle - \rangle$ (2) Nam y, z, ω etc. inveniuntur pro quadraticis per solas $\underline{aa}, \underline{a^4}, \underline{a^8}$, pro Cubicis per solas $\underline{a^3}, \underline{a^6}, \underline{a^9}$ pro quadrato quadraticis per solas $\underline{a^4}, \underline{a^8}, \underline{a^{12}}$, etc. pro quadrinomio radicum, et gradus adhibendae aeqq. $\underline{a^5}, \underline{a^{10}}, \underline{a^{15}}, \underline{a^{20}}$ quarum ope tollendae literae y, z, ω quaesitae occurrunt immo quia ω est simplex $abcd$, suffecerit (tollit) y et z , ut restet solum aeq. per ω quae deinde extollibilis ad ω^5 Suffecerit autem rem tractari per modum aequationum, ex quibus tollantur irrationales. Eamque in rem exhiberi Theoremata etsi enim methodus tollendi irrationales jam ab aliis est explicata ipsam tamen sublationem non actu ipso exhibueri *bricht ab, darunter Nebenbetrachtung* $\underline{a^3} = x^3 - 3\underline{yx} + 6z$ fit $6z = \underline{a^3}$ sed pro y binomio assurgendum ad $\underline{a^6}$, ubi occurret y^3 et z^3 (ut) aliud denique ascenditur ad $\underline{a^9}$ ubi occurret $z^3, zy^3, \omega zy$, (ut ultra est) *Schluss von L³*

17 Tabula: zum Thema vgl. auch III, 4 N. 14.

Zu N. 149: Die nicht gefundene Abfertigung antwortet auf N. 143 und wird durch N. 250 beantwortet. Beilagen waren ein Schreiben für La Hire (N. 150) und wohl Leibniz' Schreiben an Des Billettes vom 21. Oktober 1697 (I, 14 N. 364). Sie wurde daher wohl nicht vor dem 21. Oktober abgesandt. In L^1 ist die Textpassage über Tschirnhaus („Entre nous . . . languir“, S. 602 Z. 3–20) nachträglich gestrichen worden. Sie wurde vermutlich durch l ersetzt.

⟨ L^1 ⟩

A Hanover ce $\frac{3}{13}$ Octob. 1697.¹

Je suis, Monsieur, bien aise de vostre heureux retour de la campagne, mais fâché en même temps de ce que vous souffrés encor quelques incommodités. C'est pourquoy vous devés vous ménager. C'est un paradoxe mais veritable, qu'on peut faire d'avantage en 5
faisant moins. Car c'est le moyen de continuer plus long temps.

Mons. Bernoulli de Groningue me manda d'abord d'avoir trouvé la solution du probleme de Monsieur son frere. Et même il m'en a communiqué le fondement, assez semblable au vostre, qui est tres ingenieux. Tout cela va bien pour choisir parmy des 10
lignes semblables et semblablement posées. Et M. Bernoulli de Bale n'en demande point d'autres. Mais pour choisir *inter lineas ordinatim positione datas utcunque*, il faut quelque chose de plus. Il y a aussi quelque distinction semblable à faire sur les problemes, tels que Mons. Bernoulli a proposés dans vostre *Journal des Sçavans*, et à l'égard de la methode dont vous vous estes servi dans vos solutions.

Pour achever mes projets *de scientia infiniti*, il faudroit pouvoir trouver 15
quelque jeune homme capable de me soulager dans les calculs, et si j'en sçavois je luy donnerois volontiers l'entretien. Vous autres Messieurs devriés songer en France à en faire elever, pour en avoir de l'assistance; tant pour vous épargner des travaux où l'esprit a moins de part que pour gagner le temps, qui est la plus pretieuse de toutes les choses,

¹ (Am Rand quer zur Schreibrichtung von Leibniz' Hand:) Je ne manqueray pas, Monsieur, d'envoyer vostre solution à Leipzig.

8 f. le fondement (1) qvi paroît (2), assez semblable au vostre, qvi est (a) la (b) tres L^1 9 f. pour (1) les lignes (2) choisir ... lignes L^1 18 f. à moins L^1 , ändert Hrsg.

7 solution: vgl. Joh. Bernoullis Brief an Leibniz vom 17. Juni 1697 (N. 106). Leibniz bezieht sich hier auf die Lösung des Problems, unter allen Zykloiden diejenige zu finden, die die Brachistochrone zwischen einem Punkt und einer Vertikalen ist. Das Problem hatte Jac. Bernoulli zusammen mit dem isoperimetrischen Problem in *Solutio problematum fraternorum*, in: *Acta erud.*, Mai 1697, S. 211–217, gestellt.

12 quelque chose de plus: Leibniz meint seine Entdeckung der Vertauschbarkeit von Differentiation nach einem Parameter und Integration, vgl. N. 129 u. N. 133. 13 proposés: Joh. BERNOULLI, *Problemes à resoudre*, in: *Journal des sçavans*, 26. Aug. 1697, S. 636–638. 21 solution: vgl. N. 143 Erl.

car nostre temps est nostre vie. Vous y devriés songer particulièrement, Monsieur, pour menager vostre santé.

 15 respondi enim me non accepturum quicquid imposterum replicaturus sit, nisi ipse prius
 oblatum a me iudicem acceperit, aliumve mihi nominaverit: me namque idem de ipsius
 solutione posse dicere quod ille de mea: utri tunc publicum plus fidei habere debeat,
 ipsi ne an mihi? Hanc ergo litem dirimendam esse a Tertio; me etiamnum sustinere pro-

13 imo ... producendae erg. K^1 14 et subterfugia erg. K^1

Zu N. 189: Die Abfertigung antwortet auf N. 185 und wird beantwortet durch N. 194. Beigelegt war ein Manuskript Joh. Bernoullis mit Bernoullis Aufsatz *Investigatio algebraica arcuum parabolicorum assignatam inter se rationem habentium* und mit Korrekturen zu Joh. BERNOULLI, *Solutio problematum*, in: *Acta erud.*, Jan. 1698, S. 52–56, ferner ein nicht gefundener Brief Joh. Bernoullis an Mencke. Der Aufsatz erschien in *Acta erud.*, Juni 1698, S. 261–267, die Korrekturen wurden veröffentlicht unter *Errata* in: *Acta erud.*, Mai 1698, S. 248. 10 postremas: N. 185. 10 admonitione: Jac. BERNOULLI, *Avis sur les problemes*, in: *Journal des sçavans*, 17. Feb. 1698, S. 120–121. 11 Varignonio: vgl. den Brief Varignons an Bernoulli vom 18. Februar 1698 (Joh. BERNOULLI, *Briefw.* 2, S. 158–161). 12 Hospitalio: vgl. den Brief von L'Hospital an Bernoulli vom 24. März 1698 (Joh. BERNOULLI, *Briefw.* 1, S. 364–365). 15 respondi: vgl. Joh. BERNOULLI, *Réponse ... à l'avis ... du 17. Fevrier 1698*, in: *Journal des sçavans*, 21. Apr. 1698, S. 270–277.

blema in ea extensione sumtum in qua frater proponit, a me in Diario legitime fuisse solutum, me tamen non negare, ex festinatione irrepsisse leviusculum aliquem errorem, qui autem ortum suum habeat non ex falsitate methodi, sed unice ex applicatione non rite instituta, praeterquam quod ille lapsus non tangat problema prout illud a fratre specialiter propositum sit (hoc enim ut jam monui, plenarie solutum esse) sed tantum quatenus ego ipse universaliter conceptum illud exhibuerim. Quicquid sit, hunc lapsum paucis verbis emendari posse; et revera emendationem in responsione adjeci; quod idem feci ad calcem praesentis schediasmatis ut in *Actis* quoque tanquam error typographicus cum caeteris corrigatur. Unde colligi posse, methodum ipsam bonam esse licet in applicatione ad omnes circumstantias non satis attenderim: meque in hac opinione confirmari eo quod aliam methodum et quidem directam invenerim (quod Tibi, ut puto nondum significavi) quae mihi eandem solutionem quam altera illa indirecta qua ab initio usus fueram, suppeditaverit: mirumque consensum non solum in hisce sed et in aliis speculationibus detexerit. Me praeterea in antecessum posse divinare quid fratri occasionem dederit credendi se divinatorum analysin meam, scilicet quod in solutione mentionem fecerim de curvatura lintei a fluido expansi, unde illum conjecturasse me in analysi usum fuisse consideratione maximi descensus centri gravitatis in fluidis stagnantibus: sed ipsum falli, me enim praeter hanc viam quae dextre adhibita etiam eo porrigatur, possidere aliam directam, quam ille nunquam divinator sit: me itaque ut fratrem decet fratris commodis consulentem, ipsi suadere, ut decertationem oblatam revocet etc. Sed haec amplius videbis in ipsa responsione impressa.

De Dn. La Hirio nihil est quod dicam, valeat ejus Doctrina mathematica non vulgaris, per me licet, modo aliorum quoque apud eum valeret, nec tantopere sperneret, quae ab aliis proveniunt si displicent, nec statim sibi arrogaret quae placent. Nosti Tu hominem, et ego novi, manet alta mente repostum quod olim coram ab ipsius rusticitate expertus sum. Laudandus est fateor in plurimis, sed in plurimis quoque vituperandus:

1 sumtum *erg.* K^1 2 aliquem (1) lapsum (2) errorem K^1 3 autem (1) originem suam debeat (2) ortum ... habeat K^1 4 f. a fratre specialiter *erg.* K^1 8 f. quoque (1) levis hic error (2) tanquam typographicus error cum K^1 25 f. manet ... ab ejus rusticitate eorum expertus sum *erg.* K^1

1 in Diario: vgl. Joh. BERNOULLI, *Letre ... à Monsieur Varignon*, in: *Journal des sçavans*, 2. Dez. 1697, S. 737–748. 11 directam: vgl. N. 206. 15 divinatorum: vgl. Jac. BERNOULLI, *Avis sur les problemes*, a. a. O.

subintelligo ex Tuis literis licet id non exprimas, Dn. Menkenium apud Te questum esse de meis nimium rigidis (ut vocat) annotatiunculis in insulsam illius demonstrationem Lineae tautochronae, quas imprimere gravatur, nescio quo praetextu quod ut ait *Acta* non imprimantur ad viros Doctos perstringendos; quasi id nunquam factum fuisset in
 5 ipsis his *actis*, sumamus exemplum ipsissimi nostri Tschirnhausii olim vehementer adeo debacchantis in Dn. Craigium: Quasi jam non liceret errores virorum doctorum detegere, praesertim si id fiat intra modestiae limites nominique auctoris parcat, ut a me factum puto.

Quod Dn. Tschirnhausium attinet, adhuc magis miror quod Dn. Menckenius schediasma meum de comparatione arcuum parabolicorum *Actis* inserere noluerit, cum tamen
 10 ibi usus fuerim verbis humanissimis et modestissimis, quibus efficaciora vix invenire potuissem ad persuadendum quanto apud me sit in pretio: si talia displicent, nihil est quod imposterum placebit, nihilque quod imprimetur. Non sane verborum meorum acerbitas (nam nulla fuit) bonum nostrum Tschirnhausium urit, sed res ipsa quae ipsius errores
 15 detegit ipsi est invisae; Hoc in ipso persaepe animadverti, quod satis quidem habeat ingenii ad perspicendum ubi erraverit, sed non satis candoris ad errorem agnoscendum et fatendum. Dicit gloriam a se non curari, me vero ea maxime duci: scilicet eam non curat, at affectat adeo et anhelat, ut etiam Fortunae ipsi suas opes invidere videatur, et aegre ferat si alios praeter ipsum earum participes faciat. Quid quaeso in Geometricis facimus,
 20 quid invenimus, quod sibi non antea cognitum dixerit, vel simile aliquid praesenserit, vel si problema sit sibi insolubile, ambiguus tamen verbis Lectorem in dubio relinquat an solverit nec ne; ut ante annum ab eo factum est in *Actis*, cum ageret de curva brachys-

1 licet ... exprimas *erg.* K^1 2f. rigidis annotatiunculis in illius demonstrationem | erroneam *erg.* | Lineae K^1 13 nihilque amplius imprimatur K^1 13f. acerbitas | (nulla enim fuit) *erg.* | bonum K^1 15 ipsi est invisae *erg.* K^1 16 satis bonae candoris K^1 18 opes invidet, et K^1

1 literis: N. 185. 2 ut vocat: Wahrscheinlich bezieht sich Bernoulli hier auf den nicht gefundenen Brief Menckes an ihn, den er in N. 176 erwähnt. Vgl. den Brief von Mencke an Leibniz vom 5. März 1698 (I, 15 N. 269). 2 annotatiunculis: vgl. N. 165, S. 681 Z. 6 ff. 5 olim: vgl. E. W. v. TSCHIRNHAUS, *Excerptum ex litteris*, in: *Acta erud.*, März 1686, S. 169–176. 9f. schediasma: Joh. BERNOULLI, *Modus genuinus arcus parabolicos inter se comparandi* (N. 165). 22 ante annum: vgl. E. W. v. TSCHIRNHAUS, *De methodo universalis theoremata eruendi*, in: *Acta erud.*, Mai 1697, S. 220–223. Der Artikel befindet sich zwischen den Beiträgen von Jac. Bernoulli, Joh. Bernoulli, L'Hospital, Leibniz und Newton zum Brachistochronenproblem. Er enthält nur einige Bemerkungen dazu, u. a. benennt er die Zykloide als Lösung.

tochrona, ubi non quidem ausus est diserte dicere se solvisse, quia revera non solvit, nec tamen etiam se non solvisse dicere voluit, ut saltem imperiti ambiguo verborum sensu deciperentur. Sed cur ita fecit? haud dubie ut non omnino expers esset gloriae hujus inventi, quam ab aliis reportari solam perferre non potuit: eat jam et persuadeat cui volet se non curare gloriam, cum tamen laureolam in mustaceo quaerat. Dicit porro se posse *apertissime mihi ostendere*, meam *regulam esse erroneam atque ita mea interesse eam non prodire*, terriculamenta sunt, quibus pueros deterreat, mihi vero permittat ut edam, aut ipso invito prodibit. Ille qui vix unquam veritatem puram sine errore admixto exhibuit; ille qui quicquid hactenus in lucem edidit paralogismis fere nunquam caruit, ille jam mihi ostenderit errorem mihi qui solitus sum nihil in lucem protrudere nisi prius mature et accurate singula pensitaverim: *Quis tulerit Grachos de seditione querentes?* Ast facile judico, cur meum schediasma supprimendum suadeat, ne scilicet sua regula pro comparandis arcibus parabolicis quam ipse pro falsa agnovit, tanquam inutili rejecta, jam ab alio meliorem editam approbare cogatur, imitando vulpem in fabula, quae nescio quo infortunio amissa cauda, sociis persuadere conabatur, ut pariter caudas amputarent tanquam impedimentum inutile et indecorum.

En hic alterum schediasma, quo fundamentum meae regulae explico, quod rogo ut paulo attentius legas, judicabis dein quo jure Dn. Tschirnhaus meam regulam falsitatis accuset, aut quam aperte ut jactat ostendere mihi possit eam esse erroneam: Lectum D^{no} Menkenio si placet transmittite cum literis adjectis; non dubito quin illud jam sine scrupulo sit *Actis* inserturus, et vel ideo quia nulla ibi fit mentio Dⁿⁱ Tschirnhausi. Quantum ad ejus rationem secandi areas, sprevi eam quia remota est et magno conatu parum praestat; judicare utique debui ex iis quae vidi; si praeterea aliquid aliud in se habet, nempe ut jactat modum determinandi areae quadraturam quoties est possibilis,

1 diserte *erg.* K^1 2 saltem nostrarum rerum imperiti K^1 4 reportari integram perferre K^1
 4f. eat ... quaerat. *erg.* K^1 10 nihil | (nunquam) *erg.* | in lucem K^1 11 accurate omnia pensitaverim K^1 12 facile suspicor, cur K^1

5f. se posse: vgl. N. 185, S. 750 Z. 4f. 11 *Quis*: vgl. D. Junius JUVENALIS, *Saturae* 2,24.
 12 schediasma: Joh. BERNOULLI, *Modus genuinus arcus parabolicos inter se comparandi* (N. 165).
 13 sua regula: vgl. Abschnitt III in E. W. v. TSCHIRNHAUS, *Nova et singularis geometriae promotio*, in: *Acta erud.*, Nov. 1695, S. 489–493. 13 agnovit: vgl. E. W. v. TSCHIRNHAUS, *Specimen methodi, cujus ope datum spatium in ratione data dividatur*, in: *Acta erud.*, Sept. 1697, S. 409–410. 14f. in fabula: vgl. *Corpus fabularum Aesopicarum*, Hrsg. A. Hausrath, Leipzig 1957, N. 17 (Ἰαλῶπιξ κόλουρος).
 22 sprevi: vgl. N. 165, S. 680 Z. 11 ff.

id ego non somniavi, ostendat ergo, tunc demum laudabo ejus methodum: ast vereor ne hic iterum pro more suo solito plus sibi suaeque methodo ascribat quam praestare possit: si nudis promissis mundus decipitur, sane nemo ei eruditione cedit: promittit usque et usque et antiqua promissa novis continue cumulando ex oculis nostris quasi subducit, ne scilicet eorum commonefieri possit: at vero sciat se ipsum maxime decipere, quando ingenuos quoque viros qui inani jactantia nec pasci nec pascere solent frivolis hujusmodi promissis contentos esse putat, multum enim ab existimatione ejus decedit, quam alias conceperunt de ejus acumine ingenii, aliisque animi dotibus.

Dn. Marchio Hospitalius nuper quidem sed vix tribus quatuorve lineis ad me scripsit, nimirum occasione sumta mittendi mihi fratris schedulam, nihil plane praeterea de rebus mathematicis aliisve attingens, ut olim facere solebat. Ego quidem hoc non miror, qui novi Gallorum morem, tunc tantum adulantium quamdiu opera nostra indigent. Spero quam optime desiderio Tuo satisfieri posse per Dn. Varignonium, qui multis nominibus mihi obstrictus est et se etiam obstrictum agnoscit; nec obstat quod ipse sit membrum academiae; quin potius tanto commodius quod petis, efficere poterit. Vir est officiosus et aperti cordis, faciet si potest, si non potest rationem dicet. Prima occasione hac super re ipsi scribam. Vale

Ampl. T.

Devotissimus

J. Bernoulli.

Groningae d. 16 Aprilis 1698

P.S. Jam ab aliquo tempore Dn. Bellavallius communicavit mihi aliquot propositiones Parisiis sibi transmissas, quibus auctor jactat se invenisse quadraturam circuli;

3 nudis *erg.* K^1 4 continue *erg.* K^1 9f. quidem | tribus quatuorve lineis *erg.* | ad me scripsit, sed tantum ut mihi mitteret fratris schedulam K^1 11 aliisve *fehlt* K^1 12 indigent, | postea vero magistrum contententium quando se eum superasse putant. *gestr.* K^2 | Spero K^1 K^2 18 Bernoullj *Schluss von* K^1

9 scripsit: vgl. den Brief L'Hospitals an Bernoulli vom 24. März 1698 (*a. a. O.*). 20 communicavit: Brief nicht gefunden. 20f. propositiones: vgl. die Propositionen eines unbekanntes Autors, die in *Histoire des ouvrages des savans*, März 1698, S. 134, vorgestellt wurden. Der Unbekannte hatte sie zuvor in *Mercure galant*, Jan. 1698, S. 252–255, veröffentlicht und mit dem Aufruf, ihm Geld zur Finanzierung eines Buches über die Kreisquadratur zu stiften, für Aufsehen gesorgt. Es folgte ein anonym geführter Schlagabtausch des Unbekannten mit dem Mathematiker Malleme de Messange, vgl. *Mercure galant*, Feb. 1698, S. 229–235, u. März 1698, S. 176–180, und *Replique à la réponse de l'inconnu, sur la quadrature du cercle*, in: *Journal des sçavans*, 12. Mai 1698, S. 330–337. Vgl. auch Varignons Brief an Bernoulli vom 27. Mai 1698 (Joh. BERNOULLI, *Briefw.* 2, S. 172–174). Der gedruckte Aufruf, der diesem Brief beigelegt hatte, ist HANNOVER *Leibniz-Bibl.* Ms IV 383 S. 23. Leibniz erhielt ihn mit N. 200.

et rogat Bellvallius ut eas etiam Tibi communicem, sed puto Tibi jam esse visas. Ego quidem pro deliriis habeo indignis quae audiantur.

190. MAGNUS GABRIEL BLOCK AN LEIBNIZ

Florenz, 12. Mai 1698. [199.]

Überlieferung: *K* Abfertigung: LBr. 75 Bl. 2–3. 1 Bog. 4°. 2 S. Bibl.verm. — Gedr.: 1. FEDER, *Commercii epistolici Leibnitiani . . . specimina*, 1805, S. 351–352 (Anm.); 2. J. NORDSTRÖM, *Leibniz och Magnus Gabriel Block. En Brevväxling*, in: *Lychnos. Lärdomshistoriska Samfundets Årsbok*, 1965–1966, S. 194. 5

Illustrissimo Signore

Alli 9 del Corrente mese passò à miglior vita il S. Barone di Bodenhause 10
 n l'antico servitore di V. S. Ill^{ma} (morto d'un ascesso del Fegato, in cui trovammo 4 libbre di marcia, aperto ch'avenmo il suo Cadavere) lasciando ordine à me ch'io ricapitassi un Foglio Matematico à V. S. Ill^{ma} però ch'io l'avvisassi prima, che detto foglio fusse consegnato à me, prendendo lume di V. S. Ill^{ma} medesima, in che modo ella vorrebbe restar servita, voglio dire, ch'io habbia da mandarlelo à dirittura coll'ordinario di Germania, overo per 15
 maggior sicurtà con qualche viandante che viene da Hannover e passando in Italia fosse frà breve di ritorno. Per tanto stò aspettando qualche Cenno di V. S. Ill^{ma} e rimanendo erede della stima e venerazione che con tutta l'Europa hebbe il defunto per l'infinito merito e distintissima erudizione di V. S. Ill^{ma} mi confermo

di Vossign. Illustriss. e Celeberrima umilissimo e parzialiss^{mo} Servitore 20
 Magnus Gabriel Block Secretario di Camera del Gr. Duca

di Firenze a 12 di Maggio '698 St. n.

Zu N. 190: Mit der Abfertigung nimmt Block die Korrespondenz mit Leibniz auf. Leibniz antwortet auf N. 190 mit einem nicht gefundenen Schreiben, das sowohl in einem Brief an Magliabechi vom 13. Juni 1698 (I, 15 N. 413) als auch in Blocks nächsten Schreiben vom 1. Juli 1698 (N. 203) erwähnt wird. Beilage zu Leibniz' Antwortschreiben dürfte eine Abfertigung des Stücks N. 199 (ohne Datum und Adressat) gewesen sein. 12 f. un Foglio Matematico: die Aufzeichnung zur Analysis situs (LH XXXV 1,13 Bl. 4.7); vgl. N. 175 sowie die Erwähnung dieses Blattes am Anfang von N. 199. 21 Gr. Duca: der Großherzog Cosimo III. von Toskana.

191. LEIBNIZ AN GEORG FRANCK VON FRANCKENAU

[Wolfenbüttel, Mai] 1698. [139.]

Überlieferung: L Konzept: LBr. 283 Bl. 13. 2°. 2 S.

Perillustri¹ viro Domino Georgio Franco De Frankenau, Comiti Archiatrorum,
 et Consiliario justitiae potentissimi Danorum et Normannorum Regis
 Godefridus Guilielmus Leibnitius
 Serenissimi Electoris Brunsvicensis Consiliarius intimus rerum
 ad regimen et justitiam pertinentium
 S. P. D.

Litterae Tuae notitiarum egregiarum magis quam pro magnitudine divites; et ar-
 gumento, et constantis benevolentiae Tuae exoptatissima significatione, et ipso rerum
 Tuarum florentium, sed valetudinis inprimis secundae (quae bona Tibi propria et diu-

¹ <Am Rand von Leibniz' Hand:> M. Mencken

Zu N. 191: Die nicht gefundene Abfertigung, die auf N. 139 antwortet, lag wohl einem (nicht gefundenen) Schreiben an den dänischen Residenten Otto Mencken bei. Die Festlegung der Datierung auf Mai 1698 basiert auf der Erwähnung erstens von La Foulerville, der Leibniz ein Schreiben aus Aurich vom 28. April 1698 (I, 15 N. 340) überbrachte (vgl. auch I, 15 N. 369 u. N. 414), und zweitens des Traktats Luigi Ferdinando Marsigli's über den Phosphor, dessen Übersendung an Leibniz von Otto Mencke am 30. April 1698 angekündigt wurde (I, 15 N. 343). Einen weiteren Anhaltspunkt für diese Datierung stellt die Kontroverse zwischen Schelhammer und Sturm dar. G. Ch. Schelhammer hatte mit seiner Schrift *Natura sibi et medicis vindicata sive de natura liber bipartitus*, 1697, die Dissertation J. Ch. STURM [Praes.], *Idolum naturae, similiumque nominum vanorum*, 1692, angegriffen. J. Ch. STURM [Praes.], *Exercitatio philosophica de natura sibi incassum vindicata*, 1698, stellt eine Erwiderung auf Schelhammers Schrift dar. Im vorliegenden Konzept erwähnt Leibniz die Dissertation Sturms von 1698 nicht. Über diese Dissertation wurde er in einem Schreiben vom 1. Mai 1698 informiert (I, 15 N. 349). Da Leibniz sich vom 2.–19. Mai 1698 in Wolfenbüttel aufhielt, ist es möglich, dass er von Sturms Dissertation erst nach seiner Rückkehr nach Hannover am 20. Mai 1698 erfahren hat. Beilage zu N. 191 war wohl ein (nicht ermittelter) Brief von Conrad Barthold Behrens an Franck von Franckenau; dieser Brief lag Behrens' Schreiben an Leibniz vom 27. März 1698 (I, 15 N. 283) bei. Als Absendeort kommt in erster Linie Wolfenbüttel (wo das Konzept wohl verfasst wurde; vgl. die Variante am Schluss) in Frage, wobei Hannover als Absendeort nicht ausgeschlossen werden kann. N. 191 ist das letzte überlieferte Stück von Leibniz' Korrespondenz mit Franck von Franckenau.

turna precor) gratissimo nuntio mihi placere. Auxit laetitiam meam postea Fouleressius nobilis Gallus, a quo didici, principe Te jam loco esse inter eos qui valetudinem Regis curant; et cum alia multa praeclara scientiae singularis a Te specimina esse edita, tum unum inprimis insigne et sibi exploratissimum in Placetano doctissimo et scriptis celebri Theologo Reformato Gallicae nationis, cui cum multis suae gentis et fidei perfugii locum in Dania benignitas Regia aperuit. Hunc enim, contabescentem et pene conclamatum aliis, manifesto vitae discrimini a Te ereptum memorabat. Macte his laudibus et in humanum genus beneficiis, quae ut publica et perpetua fiant, emissis aliquando in lucem observationibus ac meditationibus Tuis, interesse omnium censeo; Eaque in re curanda, puto vel filios *χαριεστάτους* et quod satis dictu est, patrissantes, vel alios quos ad manum habes juvenes eruditos occupatissimo Tibi allevamento esse posse. Sane nec difficilior ulla meo iudicio scientia est quam Medica, neque post virtutis studium excoli dignior: eoque magis hortandi sunt Medici excellentes, et in artis operibus potentes

qui *vix numero totidem, quot*

Thebarum portae vel divitis ostia Nili

ut quae diuturna experientia multoque studio comperere, secum intermori ne patiantur. Si quid etiam mea posset apud illos suasio, consulerem, ut auspiciis et autoritate Regum ac principum (qui si sapiant, et a viris autoritate et fama praeditis admoneantur, non possunt esse non faventes) instituta quaedam fundari curarent, per quae augeri posset scientia Medica, quantum humana ope fas est. Nam fatendum est quidem magnam huius doctrinae partem singulari Dei munere deberi casui, experimenta lucifera offerenti, dubitandum tamen non puto, si facerent homines etiam quod in se est, abundantiore in eos Dei hanc benignitatem fore, ordineque ac methodo in praesenti maxime luce et analyseos inventoriae, et τῆς ἐμπειρίας magnis enchiresium auxiliis sensuumque organis artificialibus nostro seculo instructae; plura intra paucos annos, si velimus conniti, nos consecuturos, quam fortunae rem committendo, totidem seculis sperari possint. Sum-

6 contabescentem et *erg. L* 7 memorabat (1) paulo serius didici Paulum Bocconum virum optimum (2) macte *L* 8 quae ut (1) perpetua fiant transferanturque (2) publica et perpetua fiant *L* 21 singulari Dei munere *erg. L* 21 casui, (1) singularia (2) experimenta *L*

4 Placetano: J. La Placette. 9f. Eaque ... filios: Sein Sohn Georg Friedrich Franck von Franckenau hatte *Georgi Franci ... catalogus variorum tractatum, programmatum ac disputationum sub ejus praesidio habitatum* schon im Jahre 1692 herausgegeben. 14f. qui *vix* ... *Nili*: vgl. D. Junius JUVENALIS, *Saturae* 13,26f.

mam autem Consilii, quae a nemine melius quam a Te adornari posset, ad haec primaria
 Capita redire putem, 1° ut quae jam explorata sunt hominibus in hoc genere rite ad
 usum promptissimum coordinentur, 2° ut nulla praetermittatur occasio nova detegendi
 observataque fideliter ac diligenter consignandi literis[,] 3° ut ex tantae molis apparatu
 5 a viris ingenio[,] iudicio, et industria excellentibus deducatur, quicquid inde ad perfec-
 tionem methodi medendi pro statu praesentis scientiae nostrae proficisci potest. Puto
 autem eos qui apud Magnos principes aliquid possunt, praesertim eos qui Artem colunt,
 arctissimis conscientiae vinculis ad talia commendanda obligari, ne quid intermittant quo
 prodesse possint. Praesertim in re ad vitam et salutem hominum tantopere pertinente.
 10 Haec apud Te dicere volui, magis ut animo morem gererem meo, quam quod Tibi tam
 praeclare animato aliquid ingeri opus arbitrer. Non ignorabis Fagonium primum Regis
 Galliae medicum auctoritate Regia effecisse ut lex ferretur, ne in posterum honores Medici
 Parisiis nisi illis conferantur, qui etiam Anatomicis et Botanicis, et Chemicis operam
 laudabilem dederint; qua re credo eum voluisse dare operam ut tollatur quod ipse olim
 15 nondum in Aula ad hunc gradum productus erga me agnoscebat, opprobrium Medicorum
 Gallicorum, qui ita agunt saepe ac si praeter tria illa Molierio decantata, clysterem dare,
 venam aperire, purgare denique; nihil nossent.

Paulum Bocconium quem olim apud Parisios in transitu videram, doctum sane et
 egregie diligentem virum, mihi unam ex observationibus suis pro benevolentia magis sua
 20 quam merito meo inscripsisse; didici paulo serius; et vel ideo illi eo nomine obstrictus

2 in hoc genere *erg. L* 4 observataque (1) diligenter (2) fideliter ac diligenter | scriptis *gestr.* |
 consignandi *L* 5 f. ad perfectionem (1) praxeos Medicae (2) methodi medendi *L* 9 tantopere *erg. L*
 11–17 Non ignorabis . . . nihil nossent *erg. L* 14–16 voluisse (1) opprobrium Medicorum Gallorum
 (2) dare operam . . . opprobrium Medicorum Gallicorum *L* 16 Molierio decantata, *erg. L*

11 Fagonium: Gui-Crescent Fagon, Leibarzt des Königs; vgl. Leibniz' Äußerungen über Fagon in
 seinem Schreiben an Kurfürstin Sophie vom 14. Januar 1699 (I, 16 N. 46, insbes. S. 75). 15 erga
 me agnoscebat: vgl. Leibniz' Erwähnung seiner Begegnung mit Fagon in einem Schreiben vom Februar
 1694 an Germain Brice (I, 10 N. 163). Mit diesem Schreiben schickte Leibniz als Beilage für Fagon
 seine Empfehlung medizinischer Jahresberichte, die als *Extrait d'une lettre*, in: *Journal des sçavans*,
 26. Juli 1694, S. 566–569, erschien. 16 Molierio decantata: Gemeint sind wohl die Ärzte-Satiren von
 Jean-Baptiste Poquelin, gen. Molière, insbes. *Monsieur de Pourceaugnac*, 1670. 18 videram: Datum
 nicht ermittelt; vgl. aber die Erwähnung Boccones in den Schreiben an Oldenburg vom 30. März 1675
 (III, 1 N. 46,3) und an Herzog Johann Friedrich vom Januar 1677 (I, 2 N. 7). 19 observationibus suis:
 vgl. N. 139.

sum, quod occasionem legenti Tibi praebuit benignae mei recordationis. De phosphoro vel ut Licetus vester vocabat Litheosphoro Bononiensi libellum a Comite Marsilio nuper editum ad Te pervenisse puto. Idem nunc occupatur in Topographia Danubiana cujus necessitatem ducendorum exercituum usus ostendit. Hac occasione spero observationes prodituras quibus et Romanae antiquitates, et physica etiam locupletetur. Nam virum esse curiosae industriae etiam hoc ostendit, quod hoc anno Mercurium in sole observavit, quemadmodum etiam aliis nonnullis locis est factum. Sed vix cuiquam (si modo coelum Hafniense favit) Romeri vestri summi Astronomi aequatam puto in tali observatione industriam. Eum optem in lucem proferre thesauros suos, inutiles dum latent, interdum et aliorum vel arti vel fortunae obnoxios, qui vel inventa aliena expiscari, vel sponte aliquando in ea de suo incidere possunt. Certe binas Astronomicas Romeri Machinas, inter primarias seculi numerandas (quibus tantopere se Gallica commendavit industria apud Sinas) vix ac ne vix quidem auctori suo acceptas ferri animadvertas. Observavi autem ex icone Basilica qua Monarcham Sinarum in libello edito et auctoris munere ad me transmissa delineavit Bouvetus Jesuita Gallus ex Sinis nuper advectus, et nunc iterum ad illos navigans, eas Romeri (quem vellem nominasset) Machinas ab utroque latere solii Regii, tanquam honoratissimo imperii loco esse collocatas. Hanc icona ab amico latine versam, recudendis jam *Novissimis* meis *Sinicis* adjici curabo et in margine annotabo, Romero id munus debere orbem. Vellem etiam emitteret ipse pulcherrimum inventum

1 legenti *erg. L* 3 in (1) Geographia (2) Topographia *L* 8 summi (1) Mathematici (2) Astronomi *L* 11 binas *erg. L*

2 Licetus vester vocabat: vgl. F. LICETI, *Litheosphorus, sive de lapide Bononiensi*, 1640.
 2f. libellum ... nuper editum: L. F. MARSIGLI, *Dissertazione epistolare del fosforo minerale*, 1698.
 3 occupatur ... Danubiana: L. F. Marsigli arbeitete an dem Werk *Danubius Pannonico-mysicus, observationibus geographicis, astronomicis, hydrographicis, historicis, physicis perlustratus*, das aber erst 1726 erschien. 6 observavit: nicht ermittelt. 8 Romeri vestri: Ole Christensen Rømer. 11 binas ... Machinas: Vgl. dazu III, 3, S. 627 Erl. 14 Monarcham: Kaiser Kangxi. 14f. libello ... ad me transmissa: Den Empfang von J. BOUVET, *Portrait historique de l'Empereur de la Chine*, 1697, bestätigte Leibniz in einem Schreiben an Hiob Ludolf aus der ersten Maiwoche (I, 15 N. 359). 15f. iterum ... navigans: Im März 1698 unternahm Bouvet seine zweite Reise nach China; vgl. sein Schreiben an Leibniz aus La Rochelle vom 28. Februar 1698 (I, 15 N. 238). 16f. eas ... collocatas: vgl. BOUVET, *Portrait, a. a. O.*, S. 138f. 17 amico: C. Cörber; vgl. I, 16 N. 447. 18 adjici curabo: Eine lateinische Übersetzung von Bouvets *Portrait, a. a. O.*, fügte Leibniz der 2. Aufl. seiner *Novissima Sinica* von 1699 an; vgl. IV, 6 N. 61. 18 annotabo: vgl. *ebd.*, S. 67. 19–768,1 inventum suum: Rømers Schrift über epizyklisch geformte Zahnräder, aus deren zweitem Teil Leibniz 1675 Auszüge gemacht hatte (LH XXXVII 5 Bl. 216), war ungedruckt geblieben.

suum Geometrico-Mechanicum quo jam ante plusquam viginti annos me conscio ostendit
 Figuras optimas dentium in rotis debere esse Epicycloïdales; tametsi enim rem edere
 occupavit La Hirijs egregius apud Gallos Geometra, tum in libello Mechanico, tum in
 dissertatione Geometrica de Epicycloïdibus; haud dubie tamen praestabit rem accipere
 5 ab ipso inventore descriptam. Quod si adderet demonstrationem suam de Motu lucis
 non-instantaneo, ab Hugenio et Newtono summis Mathematicis laudatam, cujus non nisi
 Compendium extat, aliaque quae haud dubie habet multa utiliter observata, facile illi
 justis voluminis liber nasceretur.

Vidi nuper figuram e Gallia missam vermis humano corpore ejecti sex et amplius
 10 ulnarum longitudine, sed latitudine duorum puto pollicum, crassitie vix scutati argentei
 nummi; articulis distinctum, et vitae motusque ultra quinque horas retinentem.

Ex Italia missus mihi est liber Dominici della Scala Medici Messanensis contra ve-
 naesectionem. Ajunt virum esse doctum, et in arte exercenda commendatum; sed etsi
 ab usum venae sectionis plus satis crebrum coerceri debere facile concedam, usum tamen
 15 ejus omnem tolli debere, nisi Tibi aliter videtur, non putem, cum et in animalibus brutis
 manifeste appareat. Quidam Sangeorgius Genuensis Medicus sese ei opposuit, sed bonam
 causam non optime egisse dicitur. Scis opinor Schelhammerum Medicum praeclarum et
 eleganter doctum, in libro *de natura* Cl. Sturmii Mathematici Altorfini respondisse sen-
 tentiae qui in diss. de *idolo naturae* Medicatricem illam morborum decantatam Medicis
 20 Naturam, et Archaeum Helmontii, et Gasteranacta, ac Cardimelechum et alia id genus

2 optimas *erg. L* 9 humano corpore ejecti *erg. L* 19f. qvi (1) Archaeum (2) Naturam
 Medicatricem, et Archaeum Helmontii (3) in (a) libro (b) diss. ... Helmontii *L*

3 in libello Mechanico: Ph. de LA HIRE, *Traité de mécanique*, 1695. 3f. in dissertatione: Ph. de
 LA HIRE, *Traité des epicycloïdes*, in: *Mémoires de mathématique et de physique*, 1694, S. 1–78.
 6 Hugenio: vgl. Ch. HUYGENS, *Traité de la lumière*, 1690, S. 7. 6 Newtono: Newton bezieht sich auf
 Rømers Resultat (ohne ihn allerdings ausdrücklich zu erwähnen) in den *Principia mathematica*, 1687;
 vgl. das Scholium zu Prop. XCVI, Theor. L, S. 231. 7 Compendium: O. RØMER, *Démonstration*
touchant le mouvement de la lumière, in: *Journal des sçavans*, 7. Dez. 1676, S. 276–279. 9 figuram
 ... vermis: nicht ermittelt. Vielleicht handelt es sich um N. Andry de Boisregard, der *De la génération*
des vers dans le corps de l'homme 1700 veröffentlichte. 12f. liber ... contra venae sectionem: D. LA
 SCALA, *Phlebotomia damnata*, 1696; vgl. Leibniz' Äußerungen über dieses Buch und über den Aderlass
 in seinem Schreiben an Thomas Burnett of Kemney vom 18. April 1698 (I, 15 N. 316). 16 Sangeorgius:
 Matteo Giorgi. 18f. in libro ... repondisse sententiae: vgl. G. Ch. SCHELHAMMER, *Natura, a. a. O.*

nomina Dolaei pene ut idololatræ, et in Deum injuria explosit. Et sane vir caetera egregius cum Malebranchio aliisque Cartesianis eo proventus est, ut omnem vim actricem creaturis adimendam contendat; et mecum quoque contrarium statuente, et in illa ἐντελεχείᾳ τῆς πρώτης (quam primitivum atque insitum agendi nisum interpretor) aliquid substantiis essentialia quaerente, sit nonnihil, sed amice tamen velitatus; quae res occasionem mihi dabit fortasse in *Actis eruditorum* uberius rem exponendi, ad majorem scientiae novae dynamicae, cujus data sunt a me specimina, illustrationem.

Lucas Schröckius vir insignis vestrae Leopoldinae Naturae Curiosorum Academiae praeses, interrogata quaedam per me misit ad R. P. Bouvetum physica, respondit is mihi jam soluturus ex portu Rupellano, curaturum sese ut satis fiat. Attulit Herbarium Sinense, et praefationem ejus materiae medicae explicatricem ex Sinico in Gallicum transtulit, quam spero editum iri. Sed finiam, ubi id unum Te rogavero, ut qui tot hominum, et in magno Rege gentis integrae salutem curas, Tuæ ne obliviscaris valetudinis, desque operam, ut ipse diutissime prodesse possis. Vale.

1 f. sane ... egregius *erg. L* 2 aliisque (1) recentioribus (2) Cartesianis eo (a) perfectus (b) proventus *L* 4 atque insitum *erg. L* 6 f. , ad majorem ... illustrationem *erg. L* 9 per me *erg. L* 14 Vale | Dabam (1) Han bricht ab (2) Guelfebyti 1698 *gestr.* | *Schluss von L*

1 Dolaei: Johann Dolaeus — Leibarzt des Landgrafen Karl von Hessen-Kassel — veröffentlichte u. a. *Encyclopaedia, medicinae theoretico-practicae*, 1684. Zur Verwendung der Bezeichnungen „Gasteranax“ u. „Cardimelech“ (oder „Cardi Melech“) vgl. z. B. S. 369 bzw. S. 229. 6 f. in *Actis ... dynamicae*: vgl. LEIBNIZ, *De ipsa natura, sive de vi insita, actionibusque creaturarum, pro dynamicis suis confirmandis illustrandisque*, in: *Acta erud.*, Sept. 1698, S. 427–440. 7 data ... specimina: LEIBNIZ, *Specimen dynamicum*, in: *Acta erud.*, Apr. 1695, S. 145–157. 9 interrogata quaedam: Beilage zu Leibniz' Schreiben an Bouvet vom 30. Januar 1698 (I, 15 N. 175) war ein Brief von Lucas Schröck an Andreas Cleyer vom 16. Januar 1698 und ein für Cleyer bestimmter Fragebogen, u. a. den Moschus und das Wurmkraut oder Wurmsamenkraut (semen sanctum) betreffend (Abschrift LBr. 838 Bl. 2–3). Vgl. auch die Korrespondenz mit Schröck im vorliegenden Band (N. 174, N. 193 u. N. 207). 9 f. respondit ... ex portu Rupellano: Bouvets Schreiben aus La Rochelle vom 28. Februar 1698 (I, 15 N. 238). 10 f. Herbarium Sinense: vgl. WIDMAIER, *Briefwechsel*, 2006, S. 633, Anm. 15.

192. LEIBNIZ AN EHRENFRIED WALTHER VON TSCHIRNHAUS

[Hannover, dritte Woche] Mai 1698. [182.]

Überlieferung:

L^1 Konzept: LBr. 943 Bl. 132. 2°. 2 S. Eigh. Anschrift. Am Kopf von Leibniz' Hand: „ist nicht abgangen“. — Gedr.: REINHARDT, *Beiträge*, 1903, S. 34–35.

L^2 Konzept: LBr. 943 Bl. 130–131. 1 Bog. 4°. 3 S. Eigh. Anschrift. — Gedr.: 1. GERHARDT, *Math. Schr.* 4, 1859, S. 533–535. 2. GERHARDT, *Briefw.*, 1899, S. 506–507.

5
 10
 15
 20

⟨ L^1 ⟩

an H. von Tschirnhaus

Monsieur mon tres honoré amy

Majo 1698

Daß Sie die güthigkeit haben mir dero geneigtes andencken durch ein werthes schreiben erkennen zu geben, deswegen bedancke mich dienstlich, und gleich wie mich Gott lob in guthen zustand annoch befinde, und der sehr vielen Verhinderniße und distractionen unerachtet unter der hand etwas zu dem aufnehmen der wißenschafften beizutragen suche; also hoffe Sie werden auch und noch mehr gelegenheit haben das ihrige zu thun und ihrem hohen Talent nach sich bey dem gemeinen weßen verdienet machen können. Und wünsche daher daß Sie zu zeiten etwas näher heraus zu gehen belieben möchten; welches nicht allein zu dero glori, sondern auch, weil sie solche nicht zu achten melden, zu ander erbauung und beförderung der erfindungskunst, auch mehrer insicht in die Natur reichen würde. Dann in dem Mein hochgeehrtester Herr zwar von habenden erfindungen

15 auch ... thun und *erg.* L^1

Zu N. 192: Die nicht gefundene Abfertigung, die auf L^2 beruht, antwortet auf N. 182. Sie wird erwähnt in N. 221. Die Datierung stützt sich auf Angaben in L^2 und N. 194. Das Manuskript zu Joh. Bernoullis Aufsatz *Investigatio algebraica arcuum parabolicorum assignatam inter se rationem habentium*, in: *Acta erud.*, Juni 1698, S. 261–267, erhielt Leibniz als Beilage zu Joh. Bernoullis Brief vom 26. April 1698 (N. 189). Leibniz schickte den Auszug A^1 von N. 182 als Beilage seines Briefes vom 23. Mai an Joh. Bernoulli (N. 194). Leibniz war vom 2. bis 19. Mai 1698 in Wolfenbüttel. Da er vergessen hatte, Tschirnhaus' Schreiben mitzunehmen (vgl. N. 194), wird von Hannover als Abfertigungsort ausgegangen. — Die Korrespondenz wird vermutlich erst mit Tschirnhaus' Brief vom 18. Mai 1700 (LBr. 943 Bl. 133–134) fortgesetzt.

eines weiten begriffes redet, dahinter auch zweifels ohne ein großes stecket; sich aber mit weiter heraußzulaßen nicht guthfindet; so geschicht darauß daß die jenigen, denen Ithro großes liecht und guthes absehen nicht so bekand als mir, entweder an den erfindungen selbst zweifeln, oder sich dasjenige von Meinem hochgeehrtesten Herrn einbilden, was derselbe am meisten schriftl., und mündtlich von sich ableinet, nehmlichen eine große begierde der glori; welche ihrer Meynung nach verursache, daß Mein hochgeehrtester Herr von seinen Entdeckungen mit sonderbaren weitgehenden Nachdruck rede und doch mit der dargebung oder Exemplen an sich halte, theils weil die Sach noch nicht allerdings richtig, theils weil man nicht durch ein frühzeitiges herausgehen andere mit daran theil nehmen laßen, sondern die ehre einer vollkommenen außmachung dermahlens allein haben und dennoch da inzwischen ein ander auff etwas dergleichen käme; seyn recht in sicherheit stellen wolle.

Es ist aber hierinn wie mit den Moral Sachen, da einerley dinge aus unterschiedenen absehen geschehen; denn Meinen Hochgeehrtesten Herrn zwingen zweifels ohne ander absehen sich denen gleichzustellen, welchen es umb die glori zu thun, nehmlich weil er solche nicht umb ihr selbst willen, sondern umb desto beßer etwas vortreffliches aus richten zu können vor nöthig hält. Ich sollte aber meinen, weil Mein hochgeehrtester wie ich versichert lebe so gar viel schönes hat, Sie köndten wohl mit vielen freygäbiger seyn. *Pauperis est numerare pecus*. So finde auch daß man dem gemeinen weßen mehr dienet, wenn man die Ehre mit andern theilet, nicht so wie Cartesius welcher die Leute bereden will, er hätte alles selbst leicht thun können, wenn er gewolt, und nicht andern auch eine lust etwas zu erfinden laßen wollen; sondern also wie es in der that ist, daß man gebe was man hat, damit ander dadurch erleüchtet, und ihre sonst schohn habende gedanken beyfügend, weiter als der erste erfinder gehen können.

1f. stecket; (1) aber weder mit den erfindungen selbst sich heraußlaßet, noch deren |zulängliche erg. | exempel oder proben darzugeben guthfindet (2) sich ... guthfindet L^1 3 und guthes absehen erg. L^1 6 ihrer Meynung nach erg. L^1 7 weitgehenden erg. L^1 7f. doch (1) weder solche erklären, noch darthun wolten, (2) mit ... halte L^1 10–12 haben (1) wollen und dennoch wann in zwischen von andern etwas dergleichen herausgegeben würd, solche ihr Glori doch durch die vorerwehnung erhalten würd. (2) und dennoch ... wolle. L^1 17f. wie ... lebe erg. L^1

19 *Pauperis ... pecus*: P. OVIDIUS Naso, *Metamorphoses* 13,824. 20 Cartesius: vgl. R. DESCARTES, *Geometria* 1, 1659, S.106.

⟨ L^2 ⟩

Monsieur mon tres honoré ami

Dero werthes habe zu recht erhalten, und dem Hⁿ Bernoulli zu Gröningen sofort davon nachricht geben, daß Sie ihn eines in seiner sectione lineae parabolicae vermuthlich eingeschlichenen Irrthums erinnern wollen, daher auch vor guth gehalten, daß deren publication annoch verschoben würde. Dero Schreibens Extract habe ihm aber so gleich nicht mittheilen können, weilen ich solchen selbst zu machen nicht zeit gehabt, und niemand bey der hand gewesen, der die Copey in dergleichen materi wohl machen können. Darauf aber ist bald ein schediasma novum von dem Hⁿ Bernoullio eingelauffen, bloß seinen calculum zu verificiren ohne einige berührung des ihrigen, welches ich auch auff sein begehren Hⁿ Lic. Menckenio zu geschicket. Ich möchte wünschen daß man die materi de sectionibus curvarum et comparationibus arearum non qvadrabilium fortsezete denn zweifelsohne die natur mit den Areis conicarum nicht aufhören wird eine relationem unter den areis darzugeben, sondern es wird in einer gewissen progression fortzugehen. Von einer area figurae partem imperatam abzuschneiden, ist zwar an sich selbst nicht schwer. Wenn Sie es aber, wie Sie es wehnen, also praestiren könnten, daß darauß impossibilitas vel possibilitas Qvadraturarum erhellen köndte, wäre es wichtig. Ihres Theorematis, qvod in conica a segmentis duarum reclarum utcunqve ductarum facta rectangula sint ut qvadrata Tangentium parallelarum habe mich nicht erinnert, find es aber überschön; erinnere mich der andern auch nicht, und wird mir deren communication allezeit sehr lieb seyn. Denn ich habe das gemüth alzu sehr mit andern dingen angefüllet umb solche obschohn gar feine Theoremata die man mir etwa einmal gesagt zu behalten. Ich pflege auch lieber methodos zu suchen dadurch man problemata resolviren könne. Doch verachte ich Theoremata nicht, und schäze solche sonderlich hoch, welche eine progression geben. Inzwischen ist die erfindung der problematum bey weitem durch solche theoremata nicht ausgereihet wenn man gleich deren eines pro qvolibet gradu gebe, und müste man deren unzehlig viel haben. Hoffe also Sie werden von der methodo pro qvotcunqve punctis

10 ohne ... ihrigen *erg. L²* 22 die man ... gesagt *erg. L²*

3 werthes: N. 182. 4 nachricht: vgl. N. 185. 4 sectione ... parabolicae: vgl. N. 165.
9 schediasma: vgl. Erl. zu Numero. 11 geschicket: Brief nicht gefunden.

solvendi problemata die ich vor vielen jahren ausgefunden, und dadurch ich Hⁿ Bernoulli problema so leicht solvirt, ganz anders als von solchen particular Theorematis urteilen.

Ich will zwar glauben, daß H. Bernoulli sein absehen mit auff die glori habe, denn wie M. h. H. am besten selbst weiß so hilfft sie viel in der welt bey andern Menschen; doch habe ich bey ihm noch zur Zeit noch nicht gespühret, daß er ander inventa zu verkleinern suche; denn er hat selbst gar schohne dinge ausgefunden, und wer das kan, der hat nicht nöthig sich durch ander verachtung groß zu machen; thut es auch nicht, wenn er verstand hat. Was aber er in specie dero controvers mit ihm betrifft bekenne ich daß ich sie gründtlich zu untersuchen die zeit nicht gehabt, will doch hoffen er werde wie bis hehr sich gegen Sie alles glimpfes gebrauchen, wozu ich dann allezeit rathe.

Freue mich sonderlich zu vernehmen, daß Sie hofnung haben durch vornehme Assistentz nun etwas großes auszurichten. Wenn ich bedencke wie Ihre und meine zeit almahlig dahin gehet, und allerley hinderniße verursachen, daß wir das jenige so sonst in unser macht, wenn requisita vorhanden, nicht zuwerck richten; und also zu besorgen, daß viel sachen verlohren gehen werden, so nicht leicht sobald zu ersezen; wenn, sage ich, dieses bedencke, so finde nöthig, daß wir ein mahl mit mehrern ernst auff bessere anstalt denken. Meine gegenwärtige labores betr. die jura, und interessen der herschafft halten mich zwar sehr ab, doch hoffe sie auch nun bald zustande zubringen, und als denn freyer zu seyn. Wundsche daß Sie in vollkommener gesundheit noch lange zeit mit schönen inventis fortgehen, und sonderlich was ad Medicinam gehöhret, noch beßer excoliren mogen. Denn daran wäre wohl am meisten gelegen. Verbleibe

Monsieur mon tres honoré amy Dero dienstergebenster Leibniz

P. S. wie gehts weiter mit ihren edelen steinen?

an H. von Tschirnhaus.

2 problema: Leibniz bezieht sich auf seine Lösungsmethode zum Problema alterum aus Joh. Bernoullis Pamphlet *Acutissimis qui toto orbe florent mathematicis*, 1697; vgl. N. 84. Er veröffentlichte seine Lösung in *Communicatio*, in: *Acta erud.*, Mai 1697, S. 201–205.

193. LEIBNIZ AN LUCAS SCHRÖCK

[Wolfenbüttel], 7. (17.) Mai 1698. [174. 207.]

Überlieferung: *L* Auszug: LBr. 838 Bl. 1. 4^o. $\frac{1}{2}$ S. Auf diesem Blatt befindet sich auch *K* von N. 174.

5 Ex Responsione mea 7 May 1698

R. P. Bouvetus Rupella ubi ventum secundum expectabat rescripsit 28 Febr. se ipse Tuas ad Cleyerum rite curaturum, exemplo tamen retento, ut inquirere in ea quae desideras ipse possit. Salutem simul humanissimam Tibi ascripsit.

10 Addit relictum a se in Bibliotheca Regia Herbarium Sinicum quo corpus integrum Historiae naturalis sinensis contineatur. Relictam et versionem a se concinnatam praefationis in hoc opus quae totam ejus oeconomiam exponat et aliam dissertationis de pulsibus eidem operi praefixae versionem.

15 Multa sese alia ad physicam pertinentia attulisse[,] sed commentarios suos adhuc rudes et indigestos, quod distracto Parisiis inter amicorum concursus limandi otium defuisset, secum asportasse, ut per otium absolvi possent, quod ego quidem factum nollem.

Magnam spem nobis facit commercii frequentioris et octo ordinis sui patres secum ire scribit, omnes ad hoc factos et comparatos ut simul et propagandae fidei, et culturae scientiarum dare operam possint. Optandum esset nostros quoque venire in partem

6 28 Febr. *erg. L*

Zu N. 193: Die nicht gefundene Abfertigung antwortet auf Schröcks Schreiben vom 16. Januar 1698 (N. 174) und wird beantwortet durch ein weiteres Schreiben Schröcks vom 17. Juni 1698 (N. 207). Wolfenbüttel wird als Absendeort angenommen; Leibniz hielt sich dort auf vom 2.–19. Mai 1698. 6 Bouvetus . . . rescripsit 28 Febr.: I, 15 N. 238. 7 Tuas ad Cleyerum: Beilage zu N. 174 war ein nicht versiegelter Brief Schröcks an Andreas Cleyer vom 16. Januar 1698 (Abschrift LBr. 838 Bl. 2) und ein für Cleyer bestimmter Fragebogen, u. a. den Moschus und das Wurmkraut oder Wurmsamenkraut (semen sanctum) betreffend (Abschrift ebd. Bl. 2–3). Leibniz leitete die Beilage weiter an Bouvet mit einem Schreiben vom 30. Januar 1698 (I, 15 N. 175). 9 Herbarium Sinicum: vgl. die Erläuterung in WIDMAIER, *Briefwechsel*, 2006, S. 633, Anm. 15. 11 dissertationis: die u. d. T. *De pulsibus libri quatuor e Sinico translati* von A. Cleyer in *Specimen medicinae Sinicae*, 1682, in lateinischer Übersetzung herausgegebene Pulslehre des Wang Shuhe; vgl. dazu WIDMAIER, *a. a. O.*, S. 664, Anm. 15. 18 nostros: die protestantische Mission.

laboris Evangelici[,] sed quando occasionibus deficiamus (quanquam verear ut ea penitus satisfaciat excusatio, cum valde volentibus non expectandae sint sed quaerendae, ne nunc per Moschos velut offerri dicam) praestat Christianae religionis in magna illa et remota gente lumen quaecumque accendi, quam nullum etc.

194. LEIBNIZ AN JOHANN BERNOULLI

5

Hannover, 13. (23.) Mai 1698. [189. 200.]

Überlieferung:

L^1 Abfertigung: BASEL *Universitätsbibl.* L I a 19 Bl. 104–105. 1 Bog. 8°. 4 S. (Unsere Druckvorlage) — Gedr.: MERIAN, *Die Mathematiker Bernoulli*, 1860, S. 57 (teilw., nur Ergänzung zu GERHARDT, *a. a. O.*).

10

L^2 Teilabschrift von L^1 : LBr. 57,1 Bl. 318. 4°. $1\frac{1}{8}$ S. Eigh. Anschrift. Auf Bl. 318 v^o, teilw. umschrieben von L^1 , befindet sich auch folgender Gruß von Schreiberhand: „HochEdler, Gestrenger und insonders Hochgeehrtester Herr Gesandter, undt fürnehmer Gönner. Dero werthe habe zu recht erhalten, und bin wegen des reciprocierten Wunsches und geneigten andenkens verbunden.“

15

A Abschrift von L^1 : BASEL *Universitätsbibl.* L I a 20 S. 162–165. 4°. $2\frac{1}{2}$ S. besorgt von Joh. Jak. Burckhardt.

E Erstdruck nach einer unbekanntem Vorlage: *Commercium philos. et math.* 1, 1745, S. 357 bis 359 (teilw.). — Danach: GERHARDT, *Math. Schr.* 3, 1855, S. 487–489 (teilw.).

Vir Celeberrime, Fautor Honoratissime

20

Literas Tuas et perelegans Schediasma pro secundo Arcu parabolae ad Dn. Menckenium misi, et hortatus sum, ut Tuo meoque periculo edat, quando nihil in eo est, quod Dn. Tschirnhusium nostrum tangat. Quantum mediocri attentione judicare licuit, et recte et pulchre procedis. Hujus autem objectionem jam Tibi mitto, ex literis ad me excerptam.

21–776,3 Ex literis ad Dn. Johannem Bernoullium 13 Maji 1698 Schediasma tuum de secundo arcu parabolico quantum mediocri attentione consequi licuit, et recte et pulchre procedit. Non fuit otium nec voluntas examinandi quae ex Dⁿⁱ Tschirnhausii | ad me *erg.* | literis Tibi mitto, praesertim cum alias a Te notas *Anfang von L²* 23 f. quantum . . . procedis. *erg.* L^1

Zu N. 194: Die Abfertigung antwortet auf N. 189 und wird beantwortet durch N. 200. Beilage war ein Auszug des Briefes von Tschirnhaus an Leibniz vom 18. März 1698 (A von N. 182). 12 Gruß: Empfänger und Anlass nicht ermittelt. 21 Literas . . . Schediasma: die Beilage zu N. 189. Leibniz schickte diese an Mencke weiter, wahrscheinlich als Beilage zu einer (nicht gefundenen) Antwort auf Menckes Brief vom 3. Mai 1698 (I, 15 N. 355).

Missem citius, nisi oblitus fuisset literas ejus mecum deferre Guelfebytum ubi ferias et unam alteram ve post septimanam animi gratia exegi. Nunc reversus officio satisfacio. Examinandi nec otium nec voluntas fuit, praesertim cum alias a Tuis notas assumens duplicaverit laborem, comparationem instituere volenti quam ipsum absolvere maluissem
 5 ut facile suspicer aliquid ipsum fugisse sive in calculo sive in calculi applicatione, cum id ipsi saepe evenire ob distractiones, jam sim expertus et fieri potest, ut quas ille diversas habet aequationes, quarum ope arcum incognitum rectificari debere judicat, coincident in extremo, et in identicum aliquid desinant, ut incognita arcum designans postremo praeter opinionem evanescat, quod in talibus olim saepe sum expertus, cum singulares
 10 methodos excogitatas in rem contulissem quibus quadraturae particulae Hyperbolae vel partium Circuli haberi posse videbantur.

Vidi quae Domino Fratri Tuo in diario Gallico respondisti. Vellem abfuissent verba quaedam aculeatiora, vel ob hominum sinistra judicia evitanda. Ipse Dn. Tschirnhusius eo alicubi in literis ad me utitur hoc argumento, quod fratribus sibi non parentibus
 15 eo minus mirum sit extraneos male haberi. Quanquam ipse quantum ego judico a vobis honorificentissime sit habitus, minimeque omnium ansam querendi habere videatur.

Caeterum de Dn. La Hirii modo agendi secum coram, parum humano, parumque etiam urbano, etiam Dn. Tschirnhusius olim apud me querebatur. Ego Dn. La Hirium de facie non novi, sed quod postea didici, inscius ei obstaculum dedi, nam cum diu
 20 id fuisset actum ab ejus amicis ut in Academiam Scientiarum Regiam reciperetur, me demum a Duce Brunsvicensi S^{mo} Johanne Friderico in Germaniam evocato, res confici potuit; quod antea de me retinendo ageretur, eo autem tunc res ob bellum loco essent, ut ipsum pariter et me vocare Colberto non placeret. Ego vero libens fateor Virum,

4f. volenti (1) et facile (2) quam ipsum absolvere maluissem ut facile L^1 volenti, ut facile L^2
 6f. diversas (1) putat (2) habet L^1 7 incognitum | determinatum *gestr.* | rectificari L^1 8 arcum designans *erg.* L^1 12f. Vidi ... evitanda. *gestr.* A 12 in diario Gallico *erg.* L^1 14 ad ... hoc *erg.* L^1 17 coram *erg.* L^1

1 Guelfebytum: Leibniz war vom 2. bis zum 19. Mai 1698 in Wolfenbüttel. 12 quae: Joh. BERNOULLI, *Réponse ... à l'avis ... du 17. Fevrier 1698*, in: *Journal des sçavans*, 21. Apr. 1698, S. 270 bis 277. 14 literis: N. 182. 18 olim: vgl. den Brief von Tschirnhaus an Leibniz vom 4. September 1683 (III, 4 N. 21). 23 placeret: zu Leibniz' Bemühungen, in die Académie des sciences aufgenommen zu werden, vgl. III, 1 N. 86 Erl.; zu möglichen Gründen für die Nichtaufnahme vgl. II, 1 N. 197a. 26 Vidi ... evitanda: vgl. N. 244, S. 946 Z. 20 – S. 947 Z. 1 Erl.

qualis ipse est, industrium in observando atque etiam in delineando, utiliorem fuisse ad solitos Academiae Regiae labores quam me qui in varia diffundor, et aptior sum ad consulendum quam ad laborandum, quem vereor, ne ipsi dicturi fuissent hominem *ignava opera, philosopha sententia*. Ita fata utrique nostrum recte prospexere, praesertim cum ego non minus quam Hugenus, mutationem postea secutam sublato Nannetensi Edicto, interdictione religionis libertate, haud dubie fuisset discessu praeventurus. 5

Agnosco ex ipsius responsione Te quaedam ad ipsum scripsisse profunda et ingeniosa de corporibus varie infinitis. Videor mihi intelligere mentem Tuam saepeque de istis deliberavi, sed nondum tamen adhuc pronuntiare audeo. Fortasse infinita quae concipimus et infinite parva imaginaria sunt sed apta ad determinanda realia, ut radices quoque imaginariae facere solent. Sunt ista in rationibus idealibus, quibus velut legibus res reguntur, etsi in materiae partibus non sint. Quod si statuimus lineas reales infinite parvas consequitur etiam statuendas esse rectas utrinque terminatas, quae tamen sint ad nostras ordinarias ut infinitum ad finitum; quo posito sequitur esse punctum in spatio ad quod hinc nullo unquam tempore assignabili per motum aequabilem perveniri possit; oportebitque similiter concipere tempus utrinque terminatum quod tamen sit infinitum, atque adeo dari quoddam genus aeternitatis, ut sic dicam, terminatae, sive posse aliquem vivere ita, ut nullo unquam assignabili annorum numero moriatur, et tamen aliquando moriatur. Quae omnia ego nisi indubitatis demonstrationibus coactus, admittere non ausim. Reale infinitum fortasse est ipsum Absolutum, quod non ex partibus conflatur, sed partes habentia eminenti ratione et velut gradu perfectionis comprehendit. Si daretur aliquid perfecte rigidum, et perfecte aequabile haberentur sane quae nos concipimus in

7f. asseverare ne Viro *L*¹ 9 praesertim Gallis *gestr.* *A* 10f. et ingeniosa *erg.* *L*¹
 11f. saepeque ... deliberavi *erg.* *L*¹ 14f. Sunt ... sint. *erg.* *L*¹ 19 concipere (1) aeternitates
 (2) tempus | utrinque *erg.* | terminatum *L*¹ 20 ut sic dicam *erg.* *L*¹ 21 assignabili *erg.* *L*¹
 21 numero elapso moriatur *L*¹ 22–797,1 admittere (1) nolim (2) non | dum *gestr.* | ausim. | Reale
 infinitum forte est ... daretur | in natura *gestr.* | aliquid ... patiat. *erg.* | Interim *L*¹

1 Methodo: Leibniz bezieht sich wohl auf Jac. Bernoullis Lösung des Brachistochronenproblems (*Solutio problematum fraternorum*, in: *Acta erud.*, Mai 1697, S.211–217), die wie seine eigene unveröffentlichte die Variation der Kurve im Kleinen untersucht. 10 responsione: Varignons Brief an Joh. Bernoulli vom 27. Mai 1698 (*a. a. O.*).

nostra Geometria, sed vereor ut natura haec patiatur. Interim laudo ingenii Tui vim, ad abstrusissima eruenda promptam. Si quando colloqui dabitur, fortasse multa adhuc mira circa rerum summam et principia a me audies, quae habeo pro demonstratis. Nunc vale et fave.

Deditissimus

Godefredus Guilielmus Leibnitius.

5

Dabam Hanoverae 7 Junii 1698.

202. AUGUSTINUS VAGETIUS AN LEIBNIZ

Gießen, 18. (28.) Juni 1698. [198. 223.]

Überlieferung: *K* Abfertigung: LBr. 949 Bl. 52. 4°. 2 S.

Vir Illustris, Patrone Aestimatissime

10

Quas 22 Maji una cum destinatis ad Dn. Meurerum dederas recte accepi. Abiit ille ad Batavos et libros quosdam hic apud socerum meum Dn. D. Majum deposuit, mihi que nonnullos hinc inde mutuo datos commendavit, sed rationem sibi scribendi non indicavit, neque post discessum quicquam literarum ad nos dedit, ut adeo, ubi locorum per binos hosce menses haeserit juxta cum ignarissimis sciamus. Tuas interim ad ipsum destinatas bene servo, cum huc redire aut saltem quo ablegandae sint significare in animo habuerit.

15

Ipsum Meurerum quod attinet, Stuttgartardia-Wurtembergicus est, et in patria a primis inde annis Polyhistorias studio ductus egregia praestitit, inque commercium literarium postea incidit cum Viris in Gallia, Belgio[,] Germania atque alibi celeberrimis. Ex superioribus quas vocant Facultatibus, Theologiam diu tractavit. Jussu superiorum peregrinatur suo argento neutiquam parcens. An rediturus in patriam s[it] dubito, cum

20

2 eruenda (1) conversam (2) promptam *L*¹ 2 quando | coram *gestr.* | colloqui *L*¹ 19 postea *erg. K*

Zu N. 202: Die Abfertigung antwortet auf Leibniz' Schreiben vom 1. Juni 1698 (N. 198), dem ein nicht gefundenes Schreiben Leibnizens an J. U. Meurer beilag, und wird gefolgt von einem weiteren Schreiben des Korrespondenten vom 9. September 1698 (N. 223). 12 socerum meum: Vagetius heiratete Lucia Katherina Raumburger, Stieftochter des Gießener Theologen u. Hebraisten Johann Heinrich Majus; vgl. die entsprechende Mitteilung im Schreiben Dransfelds an Leibniz vom 23. März 1697 (I, 13 N. 392).

pietas ibi terrarum plane sit exosa. Hic loci per semestre spatium et quod excurrit, com-
 moratus est. Ubique arcana varia conatur expiscari, in quo proposito si aequae felix ac
 studiosus est, multa ad rem Historiae facientia poterit aliquando cum aliis communi-
 care. Nummis, Ms^{tis}, literis aliisque id genus instructus est, num vero omnia, praecipue
 5 nummos antiquos et quae mere curiosa esse videntur, aequae ac olim anhelaturus sit in
 posterum, pro certo nequeo affirmare; Saepius enim animadverti, ipsum Diviniorum rerum
 ac meditationum siti accensum fuisse, et taedio ductum rerum terrenarum. Tradidi
 ipsi Dissertationem meam *De Microscopiis Vitro carentibus*, per Bibliopolam Vestra-
 tem occasione nundinarum Francofurtensium ad Te perferendam, quam utrum acceperis
 10 ignoro.

Spenerus junior hic degit, uti memoras, Fratris defuncti qui Halae erat proposito
 intentus quidem non est, at ingenio tamen haud infelici studium Medicam, quatenus ad
 praxin spectat, urgere instituit.

De chronico Winkelmanniano certa referre nequeo. Id nov(i) Aulam Darmstadinam
 15 suam viam sibi servare. Causas non dixerim. Vale et favere perge

Tibi deditissimo

A. Vaetio.

Giessae d. 18. Jun. 1698.

203. MAGNUS GABRIEL BLOCK AN LEIBNIZ

Florenz, 1. Juli 1698. [199. 204.]

20 **Überlieferung:** *K* Abfertigung; LBr. 75 Bl. 4–7. 2 Bog. 4°. 8 S. Korrekturen und Ergänzungen von Leibniz' Hand (*LiK*). — Gedr.: 1. FEDER, *Commercii epistolici Leibnitiani . . . specimina*, 1805, S. 350–359 (teilw.); 2. J. NORDSTRÖM, *Leibniz och Magnus Gabriel Block. En Brevväxling*, in: *Lychnos. Lärdomshistoriska Samfundets Årsbok*, 1965–1966, S. 195 bis 198.

8 Dissertationem meam: war zur Leipziger Messe 1698 erschienen; vgl. Friedrich Simon Löfflers Schreiben an Leibniz vom 10. Juni 1698 (I, 15 N. 409, insbes. S. 633). 8 Bibliopolam: nicht ermittelt. 11 Spenerus junior: Ch. M. Spener. 11 Fratris defuncti: J. J. Spener (1666–1692). 14 chronico Winkelmanniano: Die ersten fünf Teile von J. J. WINKELMANN, *Gründliche und warhafte Beschreibung der Fürstenthümer Hessen und Hersfeld* waren 1697 erschienen.

Zu N. 203: Die Abfertigung antwortet auf ein nicht gefundenes Schreiben Leibnizens aus der ersten Junihälfte 1698, das in Leibniz' Schreiben an Magliabechi vom 13. Juni 1698 (I, 15 N. 413) erwähnt wird und dem N. 199 wohl beilag. N. 203 wird gefolgt von einem weiteren Schreiben Blocks vom 5. Juli 1698 (N. 204). Beide Schreiben werden von Leibniz mit einem Schreiben vom 30. Juli 1698 (N. 210) beantwortet.

Monsieur

Florence 1 Juillet St. n. '698

La reponse dont il vous a plû de m'honorer m'a apporté tant de joye, qu'elle me fait oublier la perte de nôtre commun amy quoi qu'il fût le seul que je possedois en Italie sur que je pouvois faire fond.

Il étoit comme vous sçavez, Monsieur, homme de bien et serieux, plutôt tard que prompt à loüer. Mais lors qu'on parloit de vous, Monsieur, il ne sçauroit pas par quel eloge il devoit vous rendre justice, il auvoïa mille fois qu'il n'étoit qu'un enfant à vôtre egard et que vous etiés Monsieur, son Precepteur en tout, et moy j'avoïe et tous ceux qui me connoissent sont d'accord que je ne suis qu'un enfant à l'egard du feu Ms. le Baron, en toutes choses. Jugez donc Monsieur si je dois être ravi de m'être acqui la bienveillance d'un homme autant au dessus de Ms. Bodenhauseu qu'il étoit au dessus de moy. 5

Je n'ai garde de vous adresser Monsieur une lettre Panegirique sçachant que ce ne seroit qu'une fadaise qu'offenseroit vôtre modestie et que vous feroit seulement connoitre que j'ai respiré l'air de l'Italie et d'une Cour où les compliments tiennent lieux de la sincerité. Je suis informé de vôtre delicatesse en matiere de loüanges et je sçai que si personne ne les merite mieux que vous, Monsieur, personne n'a plus de repugnance à les recevoir, tout autrement que ne fait un homme de votre connoissance dans ce pais cy qui est si accoutumé à recevoir de l'encens qu'il ne sent pas celui qu'on lui donne, avec trop d'economie. En un mot si je vous loue Monsieur ou si je ne le fais pas cela vous importe peu, Les Muses ne laisseront pas pour cela de vous reconnoitre pour leur Apollon et les Sçavans ne cesseront pas de vous juger digne d'être le souverain Directeur des beaux esprits et des belles Lettres en Europe, mais il vaut mieux se taire que de dire peu; Car tout ce que je pourrois dire de votre merite extraordinaire seroit toujours au dessous de ce que vous meritiés, Monsieur, au troisieme Lustre de votre age quand deja 15

Ante annos animumque gerens curamque virilem

25

Vous portiez,

*Sotto biondi capei canuta mente
frutto senil in sul giovenil fiore.*

Excusez Monsieur que je me suis étendu sur vôtre loüange un peu plus que je n'eüs dessein; mais je suis si sensiblement touché de votre incomparable merite que je me deplais de ce que je ne puis assez exprimer mon estime[,] mon admiration et mon attachement. 30

3 la perte de ... amy: R. Ch. v. Bodenhauseu starb am 9. Mai 1698. 25 *Ante annos ... virilem*: vgl. P. VERGILIUS Maro, *Aeneis* 9,311. 27f. *Sotto ... fiore*: vgl. F. PETRARCA, *Canzoniere* 213 u. 215.

Mais il est possible qu'un homme de Vôtre rang ait voulu s'abaisser jusqu'à accorder sa connoissance à moy, l'homme du monde le plus ignorant, et le plus indigne parmi vos admirateurs et cela d'une maniere si obligeant que j'en suis très confus?

Je vois bien que Ms. Sparvenfeldt doit avoir été trop prodigue en ma faveur, mais je
 5 ne sçai pas comment ou sur quel sujet il a pû faire mention de moy. En verité je crains
 que cela ne soit un equivoque, car il y a bien d'autres de ce nom à qui une si avantageuse
 approbation convient mieux qu'à moy et je croyois d'être pour jamais effacé¹ du souvenir
 de tous mes Compatriotes dès que je fis un pas que bien de gens n'approuvent pas et que
 je dessaprouve moi même. Que le bon Dieu m'assiste a y apporter le remede qu'il faut!

10 Quoi qu'il en soit, permettés moi Monsieur que je vous desabuse touchant ma per-
 sonne.

Je sortis de mon pais il y a six ans environ, agé de 22 ans apres y avoir taté l'écorce de
 diverses sciences n'ayant eu la patience d'approfondir les choses, car j'ai cela de commun
 avec mes Suedois qui ont assez de disposition à apprendre les commencements sans se
 15 perfectioner dans les arts où ils s'apliquent; ainsi je sautai d'une science à l'autre sans
 en emporter les premiers Elemens. Je me plaisois beaucoup pour quelque tems dans la
 Metaphysique et Physique des Modernes, dans le droit de la nature, dans l'histoire et
 dans ce qu'on appelle *Jus publicum* mais je ne sai quelle mauvaise constellation m'a
 detourné de la poursuite de ces etudes. Puis la fantaisie me prit d'apprendre les langues
 20 les plus polies d'Europe où je n'ai pas mieux reussi que dans les sciences, ayant apres cela
 été exposé au Caprice de la fortune, soit par ma propre conduite, ou par destin, me voila,
 Monsieur, arreté dans un endroit où j'ai toutes sortes de Contentements de ce monde
 sans pourtant être content puisqu'un des plus solides et des principaux me manque, dont
 nous parlerons un autre fois; pendant ces 3 ans, comme j'ai eu du loisir j'ai commencé à
 25 songer à ce que c'est que ce Monde et ces êtres qui frappent l'esprit et les sens et j'ai vû
 qu'il y a une infinité de belles choses qui etonnent et en même téms charment l'esprit.

¹ (Am Rand erstreckt sich von hier bis Ende des Abschnitts ein Strich von Leibniz' Hand)

⁵ faire mention de moy: vgl. Johan Gabriel v. Sparwenfelds Schreiben an Leibniz vom 13. März 1697 (I, 13 N. 382) sowie Leibniz' Antwortschreiben vom 29. November (?) 1697 (I, 14 N. 435). Ein Schreiben Sparwenfelds an Block vom 11. Januar 1698 (LBr. 817 Bl. 93) war Beilage zu einem Schreiben an Leibniz gleichen Datums (I, 15 N. 140). Da Block Florenz in der Zwischenzeit verlassen hatte, wollte Leibniz diesen Brief nicht weiterleiten; vgl. ebd.

Mais du Coté de l'homme j'ai trouvé tant de misere, tant de vanité, tant de folie, que peu s'en faut que je ne dise avec Ciceron *prorsus hujus mundi taedet adeo enim plenus est miseriarum*.

Ces reflexions m'ont tellement étourdi l'esprit que je ne sçay où donner la tête. Non obstant cela, puisqu'il faut vivre jusqu'à ce qu'il plaise à Dieu de nous appeler à payer l'amende de nos pechés, il faut s'occuper à quelque chose qui marque que nous ne sommes pas des bêtes insensées. Apres donc avoir deliberé et pensé au métier que je devois choisir, me voyant dans un pais où on raisonne plus sur des pistoles trebuchantes que sur les belles lettres et trouvant que ceux qui passent pour sçavants icy (à la reserve des Medecins non obstant leur ignorance) ne sont que des gueux qui crevent de faim et qui passent leurs jours fort tristement, l'envie m'a pris de choisir quelque Science ἢ πρὸς ἄλφια. C'est pourquoi que depuis quelque téms je me suis adonné vigoureusement à la medecine aussi bien qu'à la Chymie et cela est à present mon principal amusement.

Voicy Monsieur le portrait de l'homme à qui vous avés voulu accorder l'honneur de votre connoissance. Pardonnez moi Monsieur que je vous ai detourné de vos importantes affaires par le recit de tant de bagatelles et trouvés bon que je vous ay detrompé de la personne de la quelle Ms. Sparvenfeldt par un excés de bonté vous a promis, Monsieur, mille fois plus qu'elle ne vaut. Mais parceque vous avés bien voulu Monsieur me consoler de l'avantage de vôtre Protection faites moy aussi la grace de compatir à la douleur que je sens de mes defauts et supleer par vos rares et sublimes perfections les manquements que vous trouverés en moi. Et bien que je ne sois qu'un miserable bête et indigne de l'honneur de vôtre bienveüillance je ne laisserai pas pour cela de m'interessier dans tout ce qui vous regarde, avec toute la partialité et zele imaginable. Plut à Dieu que ma capacité et mes forces fussent egales à ma volonté.

Touchant les papiers du feu Ms. Bodenhausen que vous demandés Monsieur j'en ai parlé aux executeurs de son testament que sont 2 gentilshommes de ce pais cy le Marquis de la Rena et M. Andreini, le dernier desquels m'a promis de les rechercher au plutot et d'abord que je les aurai[;] je vous les ferai toucher, Monsieur, par l'occasion la plus seure.

2f. *prorsus ... miseriarum*: freies Zitat nach M. Tullius CICERO, *Epistulae ad Atticum* 2, 24, 4. 27 de la Rena et M. Andreini: Pietro Andrea Andreini und Orazio Della Rena; vgl. die Schreiben Andreinis an Leibniz vom 9. August 1698 (mit dem die aus Bodenhausens Nachlass für Leibniz bestimmten Schriftstücken an Block übergeben wurden) und vom 19. August 1698 (I, 15 N. 477 bzw. N. 493).

Pour ce qui est des feuilles detachées où feu Ms. le Baron avoit remarqué différentes observations[,] proces et curiosités de la nature[,] de la Medicine[,] de la chymie etc. le dit Ms le Baron voulût bien marquer la bonté qu'il avoit pour moy, en me les baillant (comme la chose de ses possessions qu'il estimoit le plus) pendant qu'il étoit encor en vie
 5 avec la chifre, car la plus grande partie dont il estoit jaloux est ecrite avec un chifre d'une telle façon, qu'il semble presqu'impossible de la dechifrer. Et je suis bien aise d'avoir eu ces papiers de sa main propre car sans cela ils n'auroient jamais passé sans payer la gabelle comme on fait d'autres choses qu'il lui plut de me laisser, vous m'entendés bien Monsieur. C'est un grand amas lequel joint à ce que j'ai recueilli moi même me fait
 10 dire avec vous Monsieur dans une de vos lettres à Ms. Magliabechi *tot processus et tantos habeo apparatus chymicos ut eorum copia obruar*. Je tacherai portant d'en faire le meilleur usage que me soit possible mais pour l'alchimie je n'ai pas voulû m'embarquer encore, *quoniam me vestigia terrent tot opulentium* qui s'en sont allé à l'hôpital et j'approuve le proverbe des Espagnols *Alequimia provada es tener rienta y no gastar nada*. Au reste
 15 s'il y a parmi ces Manuscrits quelque chose qui soit digne de vous et que vous ignoriés Monsieur, vous qui savés tout ce qu'on peut savoir au monde, je vous le communiquerai fidelement[;] c'est sur quoi vous pouvez conter, Monsieur.

Je presenterai vos respects Monsieur à Monseigneur le Grand Prince quoi que j'aye peu d'entrée ches lui et à vous dire la verité Monsieur vous savés mieux que moi que ces
 20 gens là ordinairement ne se soucient guère d'un homme d'etude, quelque distingué qu'il soit du vulgaire, *artificem non admiratur qui artem non intelligit* et moy je m'en mocque disant avec le Tragique Thyeste

6 qu'a la deschifrer il semble presqu'impossible | de la dechifrer *erg. LiK* | Et *K*, ändert *Hrsg.*

1 ce ... detachées: Leibniz' Wunsch, die entsprechenden Handschriften zu erhalten, wurde außerdem formuliert in seinem Schreiben an Magliabechi vom 13. Juni (I, 15 N. 413) und ebenfalls in Andreinis Schreiben vom 9. August 1698 angeführt. Um welche Handschriften es sich dabei handelt, wurde nicht ermittelt. In Leibniz' Nachlass ist eine Reihe mathematischer, naturwissenschaftlicher und medizinischer Aufzeichnungen Bodenhausens sowie Auszüge von ihm aus fremden Werken erhalten; vgl. z. B. das Rezept gegen Podagra neben einer mathematischen Aufzeichnung wohl vom 11. März 1698 (LBr. 79 Beilage 4 Bl. 33). 10 f. *tot ... obruar*: freies Zitat aus Leibniz' Schreiben an Magliabechi vom 30. September 1697 (I, 14 N. 307; vgl. S. 521). 13 *vestigia terrent*: vgl. Q. HORATIUS FLACCUS, *Epistulae* 1,1,74. 14 *Alequimia ... nada*: altspanische Redewendung; vgl. u. a. J. de YRIARTE, *Obras sueltas de D. Juan de Yriarte*, Madrid 1774, Tomo II, S. 33. 18 le Grand Prince: Gemeint ist wohl der Großherzog Cosimo III. von Toskana.

*Stet quicumque volet potens
Aulae culmine lubrico
Me dulcis saturet quies
Obscuro positus loco etc.*

Je ne manquerai pas de renouveler vos exhortations, Monsieur, aussi bien que celles du Feu Ms. le Baron à Ms. Viviani. Vous sçauriés sans doute Monsieur que Ms. le chevalier Fontana à Rome a mis au lumiere l'année passée un volume in Folio touchant les hydrauliques etc. avec les figures en taille douce, lequel si vous n'aves pas encor vû Monsieur je vous le manderai, quand quelque bonne occasion se presentera. 5

Quand vos occupations vous donnent le loisir, Monsieur, de m'honorer de vos ordres, ayés la bonté de les adresser à Ms. Jaques Hildebrand Secretaire du Roy de Suede à Vienne en recommandant la lettre avec trois mots sur le couvert à Ms. *Ottavio Pestaluzzi* qui est un banquier de consideration dans ce lieu là. Je fais prendre cette route aux lettres qui viennent à moy de là des Monts par des certaines raisons d'état. 10

Mais il faut finir pour ne lasser d'avantage votre patience que j'ai deja assez exercé par les sottises que vous venés de lire, Monsieur, j'ajouterai seulement ces Voeux. Dieu vous conserve Monsieur long téms pour le bien du public et pour l'avancement des belles lettres, auxquelles vous avez deja monsieur contribüé plus que personne vivant, mais il faut que vous vous conserviés vous même, Monsieur, en ne prevenant la mort par vos applications sans cesse et scachés qu'il y a peu de chose qu'un demi Dieu quand il est mort et contentés vous Monsieur de vostre renommée qui est deja il y a long tems immortalisée par vos decouvertes et rares ouvrages. Je reste jusqu'au tombeau avec une profonde veneration 15 20

Monsieur votre tres fidel et tres humble valet M. G. Block.

Samedy qui sera le 5^{em}[e] de ce mois j'envoyerais par la poste de Venise à Ms. Mendlin le papier que vous savés. 25

1–4 *Stet . . . loco*: Lucius Annaeus SENECA, *Thyestes* 391–394. 6 Viviani: Vincenzo Viviani.
7 Fontana: Carlo Fontana. 7 mis . . . un volume: C. FONTANA, *Utilissimo trattato dell' acque correnti*, 1696. 11 Hildebrand: Jakob Henrik Hildebrand. 11 Roy de Suede: Karl XII. 25 Ms. Mendlin: Pandolfo Mendlein, der braunsch.-lüneburgische Agent in Venedig. 26 le papier: die Aufzeichnung zur Analysis situs (LH XXXV 1,13 Bl. 4.7).

204. MAGNUS GABRIEL BLOCK AN LEIBNIZ

Florenz, 5. Juli 1698. [203. 210.]

Überlieferung: *K* Abfertigung: LBr. 75 Bl. 8–9. 1 Bog. 4°. 1 S. Eigh. Aufschrift. Siegel. —
 Gedr.: J. NORDSTRÖM, *Leibniz och Magnus Gabriel Block. En Brevvärling*, in: *Lychnos. Lärdomshistoriska Samfundets Årsbok*, 1965–1966, S. 199.

Illustrissimo Signore

Martedi passato ch'era il primo di questo mese scrissi à V. S. Ill^{ma} à dirittura ad Hannover per via di Mantua. Ora eseguisco i suoi pregiatissimi comandi in ordine al consaputo foglio (ch'è quanto il nostro fù Baron di Bodenhausen lasciò detto si mandasse à V. S. Ill^{ma}) ricapitandolo al Sr Mendlin à Venezia con che fò à V. S. Ill^{ma} umilissima riverenza e resto insino la morte

di V. S. Ill^{ma}

divotissimo servitore

M. G. Block.

Firenze 5 di Luglio '698 St. n.

A Monsieur Monsieur Leibnits Conseiller d'état de S. A. S. l'Electeur de Braunschwig Hannover

205. JOHANN BERNOULLI AN LEIBNIZ

Groningen, 5. (15.) Juli 1698. [201. 206.]


Überlieferung:*K*¹ Konzept: BASEL *Universitätsbibl.* L I a 18 Bl. 95–97. 1 Bog. 1 Bl. 4°. 5 S.*K*² Abfertigung: LBr. 57,1 Bl. 237.243.238. 1 Bog. 1 Bl. 4°. 6 S. (Unsere Druckvorlage)*E* Erstdruck nach einer unbekanntnen Vorlage: *Commercium philos. et math.* 1, 1745, S. 371 bis 378 (teilw.). — Danach und nach *K*²: GERHARDT, *Math. Schr.* 3, 1855, S. 500–506.

Zu N. 204: Die Abfertigung folgt Blocks Schreiben vom 1. Juli 1698 (N. 203). Beide Schreiben werden von einem Schreiben Leibnizens vom 30. Juli 1698 (N. 210) beantwortet. Beilage zu N. 204 war die Aufzeichnung zur Analysis situs (LH XXXV 1,13 Bl. 4.7), die in N. 190 und N. 199 erwähnt wird.

Zu N. 205: Die Abfertigung antwortet auf N. 201 und wird beantwortet durch N. 208. Ihr beigelegt war Joh. Bernoullis Manuskript *Solutio problematis isoperimetrorum* (N. 206). Leibniz verlegte diesen Brief, vgl. N. 208. Er fand ihn später wieder, vgl. N. 233.

Vir Amplissime atque Celeberrime Fautor Honoratissime

Postremas Tuas accepi cum nuper in Batavis essem ad quos animi gratia trajeceram ut ibi partem feriarum transigerem. Placet modus quem excogitasti parandi vinometrum per elasticitatem aëris, sed nescio an in praxi tam utile esset quam in theoria ingeniosum, quomodo enim dentes adaptares instrumento ut laxationes et constrictiones aëris ostenderet, praeterquam quod ut ipse animadvertis multo liquore detracto columnarum altitudo notabiliter non minuitur. Hoc cum legerem statim mentem subiit an non melius intentum obtinere liceret ope phialarum liquore semiplenarum, quibus Boylaeus ni fallor primus ostendere solebat pressionem columnarum: Ita ergo phialae ex. gr. quatuor *A*, *B*, *C*, *D* parari possent, ut dolio existente pleno omnes demersae haerent in fundo: 5




Detracto vero liquore ex. gr. usque ad $\alpha\alpha$ tunc phiala prima *A* (aëre in illa ob diminutum pondus columnae sese expandente et liquorem per orificium apertum expellente) jam levior facta sursum peteret, reliquis *B*, *C*, *D* ob gravitatem adhucdum praepollentem in fundo manentibus. 10

Sin autem porro liquor ex dolio emitteretur ad $\beta\beta$, tunc *B* ascenderet; sic subsidente ad $\gamma\gamma$, emergeret *C*, et tandem ubi ad $\delta\delta$ perventum esset eniteretur *D*. Redimpleto dolio phialae in superioribus natabunt, nec fundum repetent nisi vi eo detrudantur. Pronuncia- 15

5 instrumento erg. K^1 17 fundum (1) petent (2) repetent K^1


2 Postremas: N. 201. 2 Batavis: zu Bernoullis Reise vgl. auch Joh. BERNOULLI, *Briefw.* 1, N. 124 u. N. 129 sowie Joh. BERNOULLI, *Briefw.* 2, N. 39. 8 Boylaeus: Bernoulli denkt wohl an Boyles *New experiments physico-mechanicall, touching the spring of the air, and its effects*, 1660. Vgl. insbes. Experiment 17 u. 18. Frühere Experimente wurden allerdings u. a. von Gasparo Berti durchgeführt.

turus itaque quantum liquoris ante redimptionem fuerit exemptum, respicerem tantum ad numerum phialarum in summo natantium, ex. gr. trium A, B, C ; unde concluderem tantum ad minimum fuisse exhaustum quantum continetur in spatio $\gamma S \gamma$. Interim quo minores essent differentiae columnarum cum quibus phialae sunt aequilibratae et quo
 5 plures essent talium phialarum, eo accuratius detracti quantitatem explorare possemus. Postea alii modi complures idem praestandi sine elasticitate aëris mihi inciderunt, e quibus duos hic apponam qui effectum faciles mihi videntur. Concipe tubum recurvum $A,$




ab utraque parte apertum et liquore plenum ita immitti in dolium plenum ut orificium cruris brevioris pertingat ex. gr. ad superficiem imaginariam $\alpha\alpha$. Jam finge detrahi aliquid liquoris ex dolio, patet utique, quod quamdiu orificium cruris brevioris intra liquorem latet tam diu totus tubus plenus manebit, sed statim ac liquoris superficies infra orificium seu infra superficiem imaginariam $\alpha\alpha$ subsiderit, tunc omnis liquor qui in supereminenti parte tubi existit per crus longius descendet, aëre in ejus locum per crus brevius succedente: qui aër licet dolium postea omnem suum liquorem ad summitatem
 10 usque resumat, cum neutrorsum evadere possit in tubo manere cogitur. Hinc si plures tales tubos recurvos A, B, C, D quorum orificia crurum breviorum gradatim ascendunt, in dolium immiseris, poteris iterum judicare ex numero tuborum aërem continentium quousque dolium depletum fuerit. Vel si malueris loco tot tuborum assumere unicum
 15 tubum rectum FE instructum plurimis ramulis inflexis a, b, c, d etc. per minima intervallula a se distantibus, eundem usum obtinebis. Illi enim ramuli qui semel a liquore evacuati sunt post redimptionem dolii retinebunt in flexuris suis ampullas aëreas; infimus ergo ramulus tali ampulla conspicuus indicabit quousque dolium fuerit exhaustum. Ecce jam alterum instrumentum quod mihi in mentem venit: AB tubus est utrinque apertus
 20

2 trium in K^1 *unterstrichen* 6 complures *fehlt* K^1 8 ita immiti K^2 , *korr. Hrsg. nach* K^1
 9 cruris brevioris *erg.* K^1 11 totus *erg.* K^1 12 f. in eminenti parte K^1 13 longius (1) *subsid*
bricht ab (2) *exinanietur* (3) *descendet* K^1 15 neutrorsum (1) *expell bricht ab* (2) *evadere* K^1
 19 instructum pluribus ramulis K^1 21 f. aëreas, (1) *quarum ergo infima indicabit* (2) *infimus ...*
indicabit K^1




multos habens varices seu tumores excavatos aemulantes venarum valvulas, quem liquore
 plenum (poterit autem facile impleri si primo invertatur et obturato A , per B infundatur)
 immitto in dolium liquore pariter plenum. Jam si tantum liquoris ex dolio effluxerit ut ejus
 superficies subsiderit ad $\alpha\alpha$, adeoque etiam omnis liquor qui in parte tubi supereminente
 Abc extitit, descenderit, illamque totam cavitatem aër succedens impleverit; manifestum
 utique est ob affusum deinde novum liquorem quo dolium redimpletur, totum quidem
 tubum AB etiam redimpletum iri, relictis tamen aëre plenis omnibus illis varicibus, qui
 supra $\alpha\alpha$ existunt; cum enim varicum convexitas sursum spectet, aër qui semel in illos
 se recepit, a liquore amplius expelli nequit; ergo et hoc modo infimi varices b, c , aërem
 continentes monstrabunt quousque dolium fuerit evacuatum. Hujus modi tubus varicosus
 etiam alibi usum obtinere posset ex. gr. ad thermometra conficienda quae non solum
 praesentem aëris temperiem sed etiam praeteritam ostenderent et simul limites summi
 caloris et summi frigoris. Ut si Observator medio Aprilis (quo tempore aëris temperies
 maxime variabilis) certo quodam die explorare vellet maximum et minimum gradum cal-
 oris aëris, seu quantum aër mutari potuerit intra 24 horas; certe continua observatio
 24 horas durans taediosissima esset, imo etiam inutilis quia experientia docet praesentia
 hominum, eorum scilicet habitu et continua transpiratione insensibili aërem ambientem
 alterari et calefieri hincque liquorem in thermometris plus justo descendere. Huic igi-
 tur duplici incommodo remederi licet; si duo nobis comparemus thermometra ordinariis

2 primo *fehlt* K^1 4 superficies (1) interna pervenerit (2) subsiderit K^1 4f. tubi eminente
 Abc K^1 8 convexitates sursum spectent K^1 12f. et simul limites caloris et frigoris *erg.* K^1
 13 tempore ceu notum aëris K^1 18 alterari ideoque liquorem K^1



similia excepto quod habeant tubos varicosos, unius varicibus sursum (Fig. I), alterius varicibus deorsum (Fig. II.) spectantibus. Illud enim Fig. I. observatori licet per totum diem absenti et sub finem tantum diei observatum redeunti ostendet maximum descensum liquoris id est maximum gradum caloris quem aër illo die habuit, id quod arguere poterit ex infimo varice *a* aërem includente; alterum vero Fig. II. determinabit maximum ascensum liquoris seu maximum gradum frigoris, varice nempe summo *b* pauxillum liquoris retinente. Dum haec scribo video non opus esse duobus thermometris, unum enim utrumque praestare poterit si nempe constet tubo contrarios habens varices ut hic delineatum vides fig. III. Caeterum hoc modo explorare possemus limites intensissimi frigoris et ferventissimi aestus totius anni, sed talis eligendus esset liquor qui in varicibus *b, b, b* ob modicam quantitatem non exiccaretur.

Fig. III



5 ex infimis varicibus *a, b*, aërem includentibus: alterum K^1 6 f. frigoris, varicibus nempe summis *c, d* pauxillum liquoris (1) continentibus (2) retinentibus. Dum K^1

Quae me ex Dn. Varignonio quaerere jubes curabo diligenter ut ad notitiam Tuam perveniant; Ego etiam legi quae Vallemontius de Geographicis habet, videtur ideo imprimis impugnare correctiones academiae scientiarum, ut tanto liberius depectere possit suum popularem Du Fer cujus tabulas istis correctionibus fundatas (ut ait) turpiter traducit. Maximum argumentum quo nititur est quod dicit longitudinum differentias per eclipses determinatas semper justo minores esse teste experientia quam refert de certamine Hispanorum et Portugallorum quorum utrique Japoniam aliasque regiones circa lineam demarcationis a Papa assignatam sitas in suum haemisphaerium transtulerunt eclipsibus nixi.

Gaudeo meam rationem demonstrandi tautochronismum Hugenianum Tibi placere, scire vellem an lucem viderit aut quid de ea fecerit Dn. Menkenius: si suppressit per me licet, modo id non fecerit suasore Tschirnhausio, hunc enim pro Judice meo non agnosco. Miror sane Dn. Menkenium tantum deferre huic Viro ad lapsum adeo proclivi, ut propterea aliorum inventa nihili habeat.

Si Dn. Hospitalium novam differentiandi rationem denuo forte postulantem ad Te remisero, quid quaeso ipsi responsurus es? Proposui fratri meo aut potius non enim in ficto hujusmodi problemata, ut par pari referrem et ille videret se non solum tam mirabilia et tam inaudita problemata proponere posse. Ecce hic methodum meam tam directam quam indirectam, examina quaeso utramque attente: nunquam enim desistam provocare ad Tuam sententiam; videbis me uti ellipticula prout initio conceperam; as-

3f. liberius (1) certum aliquem Geographum Du Fer (2) depectere ... Du Fer K^1

1 jubes: vgl. N. 201. 2 Vallemontius: vgl. P. LE LORRAIN de Vallemont, *Les elemens de l'histoire*, 1697, insbes. T. I, Part. II, mit dem Titel *Les principes de la géographie*. 3 correctiones: vgl. N. 201, S. 794 Z. 9 Erl. 4f. traducit: vgl. die Kritik an N. de FER, *Mappe-monde*, 1694, in P. LE LORRAIN de Vallemont, *a. a. O.*, T. I, Part. II, Ch. V, mit dem Titel *Réflexions sur la nouvelle Mappe-monde de M. de Fer, Géographe de Monsieur le Dauphin*. 5 dicit: vgl. P. LE LORRAIN de Vallemont, *a. a. O.*, T. I, Part. II, Ch. IV, §II, mit dem Titel *Les Espagnols, et les Portugais*. 8 lineam ... assignatam: der unter Papst Alexander VI. im Vertrag von Tordesillas 1494 festgelegte Meridian, der im Atlantik den spanischen Machtbereich im Westen vom portugiesischen Machtbereich im Osten trennte. Der Streit um seinen Verlauf im Pazifik wurde im Vertrag von Saragossa 1529 ausgeräumt. 10 rationem: vgl. N. 165, S. 682 Z. 10 ff. Der Beweis erschien in Joh. BERNOULLI, *Investigatio algebraica arcuum parabolicorum assignatam inter se rationem habentium*, in: *Acta erud.*, Juni 1698, S. 261–267. 16 Proposui: vgl. Joh. BERNOULLI, *Réponse ... à l'avis ... du 17. Février 1698*, in: *Journal des sçavans*, 21. Apr. 1698, S. 270–277. 18 Ecce: vgl. N. 206. 20 prout: vgl. N. 112, S. 463 Z. 26 ff.

serva, rogo schediasma ut si forte opus fuerit, Lipsiam id mittere possis *Actis* inserendum. Divinare mehercle non possum, quid frater in meis solutionibus sit cavillaturus consensu duarum methodorum tam egregie confirmatis; oportet sane ut ejus solutiones si a meis abluunt potius sint falsae; sed Tu ipse optime judicabis.

5 Prope satis accessisti ad mentem meam de varietate infinitorum. Nec ego infinitos infinitorum gradus pro certis asserui, sed conjecturas tantum adduxi, quibus rem possibili-
lem et probabilem esse statui. Et quidem rationem praecipuam hujus esse, quod nulla sit
ratio cur Deus hunc tantum infinitatis gradum seu hoc quantitatum genus quae nostra
10 faciunt objecta nostroque intellectui proportionata voluisset existere; cum tamen facile
concipere possim in minimo pulvisculo posse existere mundum in quo omnia proportio-
nata sint huic magno, et contra nostrum mundum nihil aliud esse quam pulvisculum alius
infinities majoris: atque hunc conceptum continuari posse ascendendo et descendendo sine
fine, unde nostrum genus quantitatum unicum tantum ex infinitis gradibus efficere; nihil
autem esse quod mihi persuadeat hunc potius debuisse existere quam alium, quicquid
15 enim afferri posset, illud applicabile fore ad quemvis alium gradum: ita si ex. gr. conci-
piam in globulo aëreo mundum formatum partes habentes nostris, hisce proportionatas,
solem, stellas, planetas, Terram cum suis incolis, omnesque caeteras quantitates in eadem
ratione, nempe quod nobis tempusculum unius secundi est, illis fore seriem multorum se-
culorum, et ita de aliis; interim hos homines iisdem argumentis uti posse ad probandum
20 se solos esse, suum mundum infinitum esse, nihil extra se existere. Sed abrumpo, plures
paginae mihi non sufficerent si deliria mea suavia quidem mihi quibus interdum per infini-
tates illas velificor, hic omnia recensere vellem. Cavebo tamen mihi ne talia tangam apud
Theologos quosdam hujus civitatis omnium libere philosophantium osos; haud dubie
me ad rogum ablegarent si tantas haereses a me audirent: ut nuper fere mihi accidit in
25 disputatione philosophica publice ventilata, ubi cum incidenter quaestio moveretur de

21 quidem mihi *fehlt* K^1 22 talia tangam *erg.* K^1

6 asserui: zur Diskussion um die Grade des Unendlichen vgl. Joh. Bernoullis Brief an Varignon vom 24. Dezember 1697 (Joh. BERNOULLI, *Briefw.* 2, S. 151–157). 25 disputatione: Die Veranstaltung war der Beginn eines heftigen Konfliktes mit Groninger Theologen. Bernoulli schilderte ihn aus seiner Sicht in seiner Antrittsrede als Rektor der Universität vom September 1699, die 1702 u. d. T. *Oratio apologetica pro sua fama, honore et religione* angehängt an seine Schrift *Spinosismi depulsionis echo* erschien. Sein Hauptgegner war der Groninger Theologieprofessor Paulus Hulsius, der einige Tage nach der Veranstaltung im Anhang zu seiner Schrift *Stultitia inique impacta . . . Pars prior*, 1698, Bernoullis

statu corporum nostrorum post resurrectionem, et ego dicerem eadem numero corpora non resurrectura quia durante vita singulis momentis alterentur ita ut forte corpus nostrum minimam partem substantiae habeat ejus quam ante annum habuit, unde impossibile esse nos resurrecturos cum omni illa substantia quae olim successive nostrum corpus composuerit, nisi velimus statuere Giganteam molem tunc nos habituros: quid autem fit? ecce pastorculus quidam cui vox est praetereaque nihil, bruto zelo animatus subito contra me insurgens me meamque sententiam vixdum auditam protinus criminari, exagitare, explodere et ut orthodoxae fidei adversantem damnare et execrari, praeterea in philosophos novatores (ut vocat) tam inepte, tam insulse instar furiosi debacchari ut illum phreneticum catenis ligandum dixisses si vidisses. Nec hoc sufficit; urbem totam rumore implet me esse Socinianum, me docere novam creationem novorum corporum in resurrectione et nescio quot alias ineptias mihi imputat quae nunquam in mentem mihi venerunt. Reliquis interim Theologastris undique concurrentibus seque mutuo fideliter succurrentibus, subsequenti Dominica suggestus omnes ad populum resonabant intonantes horribiliter contra Philosophos seductores studiosae juventutis (ita nos traducunt) et subversores revelatae veritatis. Nec dum quiescunt, aperte et clanculum contra me machinantur quicquid possunt, mugit adhuc surdus tonitrus, perderent me si per illos staret: sed *vanae sine viribus irae*, rideo eorum imbecilles conatus, mecumque rident quicumque solidiori judicio pollent: sunt etiam Theologi sanioris mentis et profundioris eruditionis qui suorum collegarum caecum impetum ex puro puto odio in bonas scientias ortum maxime improbant. Habeo etiam superioris ordinis patronos qui meas sustinent partes, unde nihil mihi timeo; interim magna cum confusione Theologastrorum

Superi risere diuque

Haec fuit in toto notissima fabula coelo.

2f. corpus nostrum *erg.* K^1 7 vixdum auditam *fehlt* K^1 8 orthodoxae religioni adversantem K^1 8 et execrari *erg.* K^1 9 instar furiosi *fehlt* K^1 20 puro puto *fehlt* K^1

Thesen mit den Sozianern assoziierte. Gegen diesen Vorwurf verteidigte sich Bernoulli in seiner Schrift *Disputatio medico-physica de nutritione*, 1699, in der er seine hier erwähnten Thesen zu Stoffwechsel und Auferstehung ausarbeitete. 6 pastorculus: wohl Johannes Abbring, vgl. J. B. MENCKE, *Das holländische Journal*, Hrsg. H. Laeven, Hildesheim 2005, Bl. 25. 18 *vanae*: vgl. T. LIVIUS Patavinus, *Ab urbe condita* 1,10,4. 19 Theologi: Bernoulli denkt wohl an den Groninger Theologieprofessor Johannes Braun, der ihn unterstützte. 23f. *Superi ... coelo.*: vgl. P. OVIDIUS Naso, *Metamorphoses* 4,188f.

Cum nuper Leyda transirem, Volderum conveni saepius, isque me semel ad prandium invitavit, ubi etiam aliorum aliquorum Professorum Leydensium notitiam et familiaritatem nactus: Intererat convivio Nob. Dn. De Blyswick Delphensium Consul et academiae Leydensis Curator Vir affabilis et generosus, bonorumque studiorum insignis amator et promotor, qui a Te subinde literas accipere et Tibi vicissim scribere mihi dixit; magni Te aestimat; sua quoque officia ultro mihi obtulit, si quondam occasio dabitur; vidi praeterea illum aliquoties apud alios Professores, sensi illum esse summum Tui admiratorem. Volderus sub discessum meum proponebat mihi difficultatem contra calculum infinitorum, quam sibi se eximere non posse neque a Nieuwentiitio cui dudum eandem proposuerat hactenus enodationem accepisse rebatur, rogans ut ego sibi hac super re satisfacerem, quod etiam libenter promisi me scilicet satisfacturum statim ac huc redux factus essem, et revera nudius tertius solutionem ipsi misi. Intellexi quoque quod a Papini parte stet circa aestimationem virium, dicens a Te gratis supponi corporum elasticitatem, hanc enim corporibus tantum esse accidentalem; si corpora perfecte dura supponantur Tua ratiocinia amplius locum non habere: duritie perfecta supposita sequi ex. gr. quod duo corpora aequalia et aequali celeritate sibi mutuo centraliter occurrentia, non debeant reflecti sed sisti in ipso momento occursus; et quod generaliter corpora duo perfecte dura cujuscunque molis et cujuscunque celeritatis post conflictum separari non debeant, quia separatio proveniat ab elasticitate, quam autem supponendam dicit. Ego vero cum temporis angustia non permiserit illum ab opinione sua deflectere oretenus, ipsi promisi copiam excerptorum ex Literis Tuis meisque hac de materia agentibus ut videat quid me impulerit ad amplectendum Tuas partes. Hagae Comitum vidi Dn. Dierquens Praesidem in Curia Brabantiae, etiam hic multa civilitate affecit me, Dn. Bellavallius mihi ostendit logogriphum aliquod sibi a D^{no} Hugenio dum viveret depositum, suo tempore clavem missuro; morte autem occupatus id non praestitit. Dn. Dierquens et ego ipsi consulimus, ut tamen ederet quale accepisset. Nactus sum Hagae *Cosmotheon* Hugonii recenter praeloenixum. Vale et fave

4f. Amator et Maecenas K^1 5 et . . . scribere *fehlt* K^1 8 calculum (1) nostrum differentialem (2) infinitorum K^1 12 tertius (1) responsionem (2) solutionem K^1 27 receter K^2 , *korr. Hrsq. nach* K^1

5 literas: Leibniz korrespondierte mit H. van Bleiswyck seit 1695, vgl. I, 11 ff. 12 misi: vgl. den Brief Joh. Bernoullis an Burchard de Volder vom 7. Juli 1698 (BASEL *Universitätsbibl.* L I a 675 Bl. 161–162). 22 amplectendum Tuas partes: vgl. N. 248, S. 960 Z. 1 Erl. 24 logogriphum: nicht gefunden. 26 *Cosmotheon*: Im Brief an Leibniz vom 12. September 1698 (GERHARDT, *Philos. Schr.* 3, S. 139–140) schreibt Basnage de Beauval, er habe Bernoulli das Buch übergeben.

Ampl . T.

Devotissimo

J. Bernoulli.

Groningae d. 5 Juli 1698

P. S. Dn. Varignonius a me rogatus de Vinometri artificis Parisiens. statu et pretio, sequentia reposuit in literis heri acceptis *L'Auther du Vinometre nous dît en nous le montrant à l'academie, qu'il avoit ordre d'en faire deux mille à 5 'tb' chaqu'un pour les fermiers generaux ainsy vous voyez qu'il sera facile d'en avoir une dés que vous voudrez; mais il ne le sera pas de vous la faire tenir, sa longueur étant double du grand diametre du tonneau où elle doit servir. J'en feray faire un dessein que je vous enverray. Il y a aussy icy un autre Horlogeur qui m'a dît avoir trouvé une machine pour tailler les fusées des montres suivant les forces des ressorts qui doivent agir contre elles: il m'en a promis une description avec un dessein, mais à condition que je les feray mettre dans les actes de Leipsic: si vous voulez, je vous les enverray etc.*

206. JOHANN BERNOULLI FÜR LEIBNIZ

Solutio problematis isoperimetrorum.

Beilage zu N. 205. [205. 208.]

15


Überlieferung: K Reinschrift: LBr. 57,1 Bl. 239.242.240–241. 2 Bog. 4°. 8 S. Änderungen von Leibniz' Hand. — Gedr.: GERHARDT, *Math. Schr.* 3, 1855, S. 506–514.

2 1698 *Schluss von K*¹

4 reposuit: vgl. Varignons Brief an Bernoulli vom 23. Juni 1698 (Joh. BERNOULLI, *Briefw.* 2, S. 177 bis 178). 8 *enverray*: Varignon schickte die Zeichnung des Uhrmachers Langlois als Beilage zu seinem Brief vom 12. August 1698 (*ibd.*, S. 181–186) an Bernoulli, der beides an Leibniz weitersandte, vgl. N. 228 Erl. 9 *Horlogeur*: Name nicht ermittelt. 12 *enverray*: wohl nicht geschehen.

Zu N. 206: Bernoulli schickte ein erstes Exemplar des vorliegenden Lösungsversuchs der isoperimetrischen Aufgaben, die Jac. Bernoulli seinem Bruder in *Solutio problematum fraternorum*, in: *Acta erud.*, Mai 1697, S. 211–217, gestellt hatte, als Beilage zu N. 205 an Leibniz. Da Leibniz Bernoullis Brief verlegte (vgl. N. 208), sandte Bernoulli ein zweites Exemplar als Beilage zu N. 212 an Leibniz. Bei der Reinschrift des vorliegenden Stücks handelt es sich um das zweite Exemplar. Leibniz fand Bernoullis Brief mit dem ersten Exemplar im September 1698 wieder, vgl. N. 233. Auf Bernoullis Wunsch schickte er das erste Exemplar zurück, vgl. die Briefe Bernoullis an Leibniz vom 21. Februar u. 14. März 1699 und das P. S. des Briefes von Leibniz an Bernoulli vom 24. März 1699 (GERHARDT, *Math. Schr.* 3, S. 566–572, S. 579–581 u. S. 576–578 (fehldatiert), insbes. S. 572, S. 581 u. S. 578). Das erste Exemplar war es auch, was am 1. Februar 1701 der Académie des sciences in einem versiegelten Paket übergeben, dann aber

Joh. Bernoullii Solutio Problematis isoperimetricorum
duplici methodo inventa




Problema

5 Ex omnibus curvis isoperimetris super axe determinato BN (fig. I.) descriptis quaeritur illa BFN , cujus applicatae FP ad datam potestatem elevatae seu generaliter earum quaecunque functiones per alias applicatas PZ expressae faciant spatium BZN omnium

wieder, mit dem Siegel der Académie versehen, an Bernoulli zurückgesandt wurde (vgl. Joh. BERNOULLI, *Extrait d'une lettre sur les problemes des isoperimetres*, in: *Journal des sçavans*, 21. Feb. 1701, S. 134–136, GERHARDT, *Math. Schr.* 3, S. 651, u. Joh. BERNOULLI, *Briefw.* 2, S. 264–271) und später mit einigen wenigen Änderungen in französischer Übersetzung veröffentlicht wurde u. d. T. *Solution du problème proposé par M. Jacques Bernoulli . . . communiquée à M. Leibnitz au mois de Juin 1698*, in: *Mémoires de mathématique et de physique*, Année 1706, 1707, S. 235–245. — In der Reinschrift hat Leibniz die Änderungen vorgenommen, die er in N. 215, S. 859 Z. 14 ff. vorschlägt. Vgl. auch N. 219, S. 876 Z. 7 ff. Er hat fast durchgängig das Symbol \times durch das Wort „in“ ersetzt, um es von der Variablen x zu unterscheiden, außerdem \mathcal{D} in S. 816 Z. 25 – S. 817 Z. 13 durch \dot{d} . Wir berücksichtigen diese Änderungen nicht. Weitere Änderungen sind aufgeführt. 4 fig. I: In Bernoullis Zeichnung in K steht das Verhältnis der Kurven BFN , BZN zueinander im Widerspruch zum Vorzeichen der Krümmung der Kurve BH . In der vorliegenden Zeichnung wurde das Verhältnis angeglichen. Weiterhin ist — mathematisch inkorrekt — die Kurve BDL in K rechts von der Kurve BH . Die Krümmung der Kurve BDL , die in K das umgekehrte Vorzeichen hat, hängt von der Wahl der Kurve BH ab. Diese wurde hier so gewählt, dass die Zeichnung übersichtlich ist.

quae ita fieri possunt maximum. Seu quod eodem recidit[.] Data curva BH super axe BG normali ad BN determinare curvam BFN cujus applicatae FP productae ad Z ita ut $PZ = GH$ faciant spatium BZN maximum omnium eorum quae hoc modo fieri possent a quibuscunque aliis curvis super BN descriptis et ejusdem longitudinis cum BFN .

Fig. II.



Solutio


5

Sit $BF\phi$ (Fig. II.) pars curvae quaesitae, $BZ\zeta$ pars curvae ex illa progenitae secundum applicatas curvae datae BH . Concipio $FO\phi$ elementum curvae $BF\phi$ tanquam compositum ex duabus lineolis rectis FO et $O\phi$, ut et huic respondens $ZL\zeta$ elementum curvae $BZ\zeta$ tanquam compositum ex duabus lineolis rectis ZL et $L\zeta$. Jam vero quoniam

tota curva praestans aliquod maximum etiam ejusdem maximi leges servat in singulis suis partibus: sequitur quod si ex punctis F et φ inflectantur utcunque duae aliae lineolae $F\omega$ et $\omega\varphi$ quae simul sumtae sint aequales $FO + O\varphi$, atque si ex illis eadem lege formentur $Z\lambda$, $\lambda\zeta$ qua ex FO , $O\varphi$ formatae sunt ZL , $L\zeta$; sequitur inquam quod spatium $ZP\pi\zeta L$ sit majus quam omne aliud $ZP\pi\zeta\lambda$. Ut igitur requisitam dispositionem lineolarum FO , $O\varphi$ maximum praestantium inveniam et exinde naturam totius curvae $BF\varphi$, concipio focus F , φ et longitudine fili $FO\varphi$ descriptam ellipticulam, et in ea duo puncta O et ω , incomparabiliter sibi vicina seu quorum distantia $O\omega$ sit infinities minor quam distantia focorum $F\varphi$ licet haec ipsa $F\varphi$ jam per se sit infinite parva, utpote subtensa elementi curvae $BF\varphi$: adeoque ex natura maximi erunt duo spatia $ZP\pi\zeta L$ et $ZP\pi\zeta\lambda$ inter se aequalia, unde ablato communi remanebit triangulum $ZLY =$ triangulo $\zeta\lambda Y$, seu ducendo parallelas LO , $\lambda\omega$ (neglectis particulis infinities minoribus LYM et $Y\lambda\mu$) triangulum $ZLM =$ triangulo $\zeta\lambda\mu$; id est ductis axi parallelis ZC , ζD , ut et FI , φK erit $ZC \times LM = \zeta D \times \lambda\mu$: quoniam vero LM est differentia linearum LR et MR , ut et $\lambda\mu$ differentia $\lambda\rho$ et $\mu\rho$ atque cum LR , MR , $\lambda\rho$, $\mu\rho$ sint functiones suarum respective RO , RT ; $\rho\omega$, $\rho\theta$; repraesentabit LM differentiam functionum inter RO et RT ; atque $\lambda\mu$ differentiam functionum inter $\rho\omega$ et $\rho\theta$. (NB. differentia autem functionum duarum linearum ut RO , RT quantitate infinities-infinite parva TO se excedentium reperitur, differentiando simpliciter functionem RO et quod provenit omissis differentialibus multiplicando per TO . Ex. gr. si RL functio ipsius RO esset tantum ejusdem RO potestas n , in quo consistit casus fraternus, id est si curva data BH esset parabola gradus n , tunc LM seu $RO^n - RT^n$ foret $nRO^{n-1} \times TO$: ita etiam si curva BH esset circulus, cujus radius = a , tunc LM seu $\sqrt{2aRO - RO^2} - \sqrt{2aRT - RT^2}$ foret $\frac{a-RO}{\sqrt{2aRO-RO^2}} \times TO$; et ita de caeteris; notetur autem generaliter differentia functionum RO , RT hoc signo $\overline{DRO} \times TO$.) Ideoque cum $ZC \times LM = \zeta D \times \lambda\mu$, erit $FI \times \overline{DRO} \times TO = \varphi K \times \overline{D}\rho\omega \times \theta\omega$. Jam centris F et φ concipiantur arculi minimi XO et $\xi\omega$, qui per naturam ellipseos sunt aequales inter se adeoque TO ad $\theta\omega$ ut secans ang. XOT seu IFO ad secant. ang. $\xi\omega\theta$ seu $K\varphi\omega$; est vero etiam FI ad φK ut $FO \times \sin. FOI$ ad $\varphi\omega \times \sin. \varphi\omega K$; ergo si loco FI , φK et TO , $\theta\omega$ sumantur eorum proportionalia erit $FO \times \sin. FOI \times \sec. IFO \times \overline{DRO} = \varphi\omega \times \sin. \varphi\omega K \times \sec. K\varphi\omega \times \overline{D}\rho\omega$; sed quoniam, ut constat ex natura sin. sec. et tangentium, $\sin. FOI \times \sec. IFO =$ quadrato sinus totius = $\sin. \varphi\omega K \times \sec. K\varphi\omega$; erit $FO \times \overline{DRO} = \varphi\omega \times \overline{D}\rho\omega$ seu si loco RO sumatur aequipollens PF (quae licet

16f. RO . . . inter *erg.* K

5 Velim quidem, si per locorum distantiam liceat, de singulis te consulere. Et si qua sint apud te harum exemplaria, velisque inibi quicquam additum, demptum aut permutatum; tibi obtemperabo. Quodsi, tumultuarie scribenti, exciderit quicquam aut minus perspicue aut minus limate dictum; vel siquid irrepserit mendi ex mendosis quibus usus sum Apographis (quorum ipsa Autographa non vidi) quod ego non sustulerim: id illustri Viro non imputabit Lector candidus. Sunt utcunque illae literae (prout mihi videtur) 10 dignae ne pereant; nec inibi habetur quicquam quod te dedeceat. Estque aliquando gratum (sed et utile) videre, quomodo se res habuerint dum sub incude fuerint, necdum prorsus limatae; et quibus passibus processerint. Quod tu ipse mones (Ep. 27 Aug. 1676) de Schediasmatis Gregorianis et Pellianis.

Omnino elegans est et plane verum, quod habes Ep. 15 Julii 1674, de Quadrando 15 Semi-cycloidis Segmento quodam. Segmentum aliud quadravit Hugenius, et (eo prior) Wrennius; uterque (credo) nescius quid alter fecerit. Sequitur utrumque ex meis universaliter traditis, in Tractatu *de Cycloide*, et *de Motu*. Estque hoc universaliter verum, Quod, in meis designationibus quarumcunque portionum Cycloidis, si ita sumantur a , s , vel a , v , vel a , R , (aut quod tantundem est) ut destruat a ; id omne est absolute- 20 quadrabile. Quod innuebam ad *Algebrae* prop. 110.

Quod ais Ep. 26 Octob. 1674, putasse nonneminem, Cartesii Regulam pro dividenda Aequatione Biquadratica in Quadraticas, non esse Universalem: Qui sic putat, labitur ipse. Universalis enim est. Sed potest id pluribus modis effici. Quippe si Aequationis Biquadraticae Radices quatuor sint a , b , c , d ; possunt ille binatim componi (pro binis 25 Quadraticis) pluribus modis; puta a , b ; c , d ; vel a , c ; b , d ; vel a , d ; b , c . Ad quas combi-

6 scribenti (nec eo intuitu, ut ederentur) exciderit E 10 dedeceat. Nec tibi cedet dedecori, quod tam mature rebus hisce mentem adhibueris, & tanto cum iudicio. Estque E 13 f. Pellianis. Quod autem tu tua extenuis scripta, id dandum est Modestiae tuae; (quippe quae laudent alii:) Quodque mea praeferre videaris; Humanitati tuae debeo. Omnino E 15 aliud quoddam quadravit E

12 mones: vgl. III, 1, S. 580 u. S. 583. 14 Ep. 15 Julii 1674: III, 1 N. 30. 17 *de Cycloide*: in J. WALLIS, *Tractatus duo*, 1659. 17 *de Motu*: vgl. J. WALLIS, *Mechanica, sive de motu*, 1670–1671, Cap. V, Prop. XX. 20 prop. 110: Gemeint ist *De algebra tractatus*, Cap. CX, in WALLIS, *Opera* 2, 1693. 21 Ep. 26 Octob. 1674: III, 1 N. 35.

nationes inveniendas, alia atque alia opus erit Aequationis Cubicae Radice. Quod autem ais (literis sequentibus) hoc non esse Novum Inventum: Id omnino verum est; hoc enim docuerat Bombellius superiore seculo.

Difficultas quam memoras (Ep. 28 Dec. 1675, et 27 Aug. 1676, et 21 Junii 1677, et alibi) de Radice Aequationis Cubicae, ubi intervenit (quae dici solet) Quantitas Imaginaria, (puta $\sqrt[3]{a + \sqrt{-b^2}} + \sqrt[3]{a - \sqrt{-b^2}} = z$;) et de Radice Binomii Cubici exquirenda; non est ut quemquam porro remoretur. Utrumque nos satis expedivimus *Algebrae* Capp. 46, 47, 48, 49. Quippe casus ille non minus subest Regulis Cardanicis (rite intellectis) quam ubi talis non intervenit Imaginaria.

At, inquis, Quis exhibebit valorem ipsius $\sqrt{-b^2}$, vel $b\sqrt{-1}$? ut quae est Imaginaria et Impossibilis. Omnino, inquam. Sed et ipsum Quadratum $-b^2$ est non minus (stricte loquendo) Imaginarium et Impossibile. Et quidem omnino omnis Negativa Quantitas (sive sit Linea, Planum, Solidum, aut aliud quiddam) est pariter Imaginaria et Impossibilis. Quippe Impossibile ut existat quicquam quod sit Minus quam Nihil. Sed, quo sensu velit quis Imaginari, Quadratum Negativum, ($-b^2$;) pariter Imaginari debet, Imaginarii hujus Quadrati, Latus Imaginarium. Et quidem $\sqrt{-b^2}$ in $\sqrt{-b^2}$ ductum, non minus facit $-b^2$; quam $\sqrt{+b^2}$ in $\sqrt{+b^2}$ facit $+b^2$. Et Radix Binomii Cubici pariter utrobique elicietur. Hujusque doctrinae summa (ni fallor) habebatur in illa mea Epistola, quam tu memoras Ep. 28 Decemb. 1675.

Quae habes Ep. 27 Aug. 1676, de Figurarum Transformatione; ego plane approbo. Eademque Arte (aut quae huic aequipollet) ego passim utor, in distribuendis figuris compositis in sua Membra componentia, et in Resti[t]uendis Luxatis in Aequipollentes. Absque quo, frustra fuissem in eis quae habeo de Calculo Centri Gravitatis.

Quae habes Ep. 21 Junii 1677, de tua pro Tangentibus methodo; ego item approbo. Quae fuerit Slusii Methodus, vel non vidi, vel non memini. Vide autem annon mea methodus sit aliquanto simplicior. Eam habes jam Anno 1655 passim adhibitam, *De Conicis*


3f. Bombellius seculo superiore: & (post eum) Vieta. Difficultas E 6 puta $\sqrt[3]{a + \sqrt{-b^2}} + \sqrt[3]{a - \sqrt{-b^2}} := z$ 10 valorem Radicis $\sqrt{-b^2}$, E

2 literis: Leibniz' Brief an Oldenburg vom 12. Juli 1675 (III, 1 N. 58). Dort nennt Leibniz Bombelli und Viète im Zusammenhang mit biquadratischen Gleichungen. 4 Ep. ... 1677: III, 1 N. 70 u. N. 89 sowie III, 2 N. 54. 18 Epistola: Wallis' Brief an Collins vom 8. April 1673, vgl. III, 1 N. 65,3.

Sectionibus propp. 23, 30, 36, 46, 49, et alibi. Eamque fusius explicatam in *Transactionibus Londinensibus* pro Mensis Martio 1672. Indeque transcriptam in meam *Algebram* Cap. 95. Cujus haec fere summa. Respice fig. 1. *Algebrae* pag. 398.

Sit $A\alpha$ exposita quaevis Curva (concava, convexa, vel utcunque curvata,) cujus vertex A ; intercepta-diameter vel Sinus Versus (quam tu Abscissam vocas) ad Curvae partem Concavam AV (seu ad Convexam AY) = v ; ejusque Ordinata $V\alpha$ (vel $Y\alpha$) = b : curvamque in α contingat recta αF (vel $\alpha\Phi$) diametro VA occurrens Ultra Verticem in F (vel diametro AY citra verticem in Φ ;) sitque subtangens quaesita FV (vel ΦY) = f . Intelligantur autem in diametro AV , ultra citraque V , puncta D , $]D$, (vel in AY , puncta y ,) eisque ordinatim applicentur DOT (vel yTO) curvae occurrentes in O , et Tangenti in T , (ultra curvam utrobique ubi est Trilineum $AV\alpha$ ad curvae partem concavam; sed citra curvam, ubi est $AY\alpha$ ad curvae partem Convexam.) Sitque VD (vel Yy) = a . Adeoque DA (seu yA) = $v \pm a$: et DF (seu $y\Phi$) = $f \pm a$. Et (propter similia triangula) $VF \cdot DF :: V\alpha \cdot DT$. (vel $Y\Phi \cdot y\Phi :: Y\alpha \cdot yT$.) = $\frac{f \pm a}{f} b$. Eritque $DT \approx$ (aequalis vel major quam) DO . Nimirum aequalis si intelligatur D in V ; sed major, si extra V . (Et similiter $yT \approx$ aequalis vel minor quam yO ; nempe aequalis, si sit y in Y ; minor, si extra.) Atque hactenus Universaliter, quaecunque fuerit Trilineum $AV\alpha$ (vel $AY\alpha$). Estque (quod probe notes) eadem Tangens (sed alibi terminata, in F et Φ ,) quae Trilineo Interno $AV\alpha$, et quae Trilineo Externo $AY\alpha$, convenit.

3 Respice ... pag. 398. fehlt E , dafür an dieser Stelle die Zeichnung



7 recta AF (vel K , *korr. Hrsg. nach E*) 13 (seu YA) K , *korr. Hrsg. nach E* 14 = $\frac{f \pm a}{f} v E$

1 f. *Transactionibus*: vgl. J. WALLIS, *Epitome binae methodi tangentium*, in: *Phil. Trans.*, 25. März (4. Apr.) 1672, S. 4010–4016. Vgl. auch N. 128, S. 526 Z. 14 Erl.

Sed pro DO (quae est cum DT comparanda) sumendus est, pro quaque curva, suus cujusque debitus Character, seu Aequatio propria. Exempli gratia; Si $A\alpha$ sit Parabola (quae est omnium simplicissima curva,) est $AV \cdot AD :: V\alpha q \cdot DOq = \frac{v \pm a}{v} b^2$: Et $DO = b\sqrt{\frac{v \pm a}{v}}$. Eritque propterea $\frac{f \pm a}{f} b (= DT)$ aequalis vel major quam $b\sqrt{\frac{v \pm a}{v}} (= DO)$. Adeoque (dividendo utrinque per b , et quadrando,) $\frac{f^2 \pm 2fa + a^2}{f^2} \approx \frac{v \pm a}{v}$: Et (decussatim multiplicando) $f^2 v \pm 2fva + va^2 \approx f^2 v + f^2 a$. Pariterque (deletis utrinque aequalibus, vel potius ab initio neglectis; hoc est, iis omnibus in quibus a non conspicitur; caeterisque per $\pm a$ divis;) $2fv \pm va \approx f^2$. Hoc est; aequalis si sumatur D in V ; sed illa major, si extra V .

Tandem (qui methodi nucleus est) posito D in V (quo sit $a = 0$, adeoque evanescant ejus multipla omnia) fiet ($2fv \pm va = 2f \pm 0 =$) $2fv = f^2$; et $2v = f$ subtangens quaesita. 10

Si, pro Parabola communi Apolloniana, (quam Quadraticam dicas, utpote cujus Abscissae, seu interceptae-Diametri, sunt in Ordinatarum ratione Duplicata, seu ut earum Quadrata,) exposita sit Paraboloeides Cubica, Biquadratica, Supersolidalis, aut alia cujuscunque gradus; puta, quae potestatis Exponentem habeat e ; tum (pro $f = 2v$) prodiret $f = 3v$, $f = 4v$, $f = 5v$, aut $f = ev$ etc. Hoc est, subtangens f , foret Abscissae v , multipla per numerum e (exponentem potestatis) sive sit ille numerus Integer, sive Fractus, sive utcunque Surdus. (Quippe jamdiu est quod ego introduxi, in Geometricam considerationem, Potestates et Aequationes intermedias, inter Lateralem, Quadraticam, Cubicam, etc.; quas tu vocas Interscendentes: et quae Exponentem habeant Indefinitum, ut e vel p , quas tu Transcendentes vocas.) 15 20

Si vero Character Curvae sit magis compositus, quam est Parabolae vel Paraboloeidis; ratio rectae f ad v prodibit magis implicata: Ut, pro Hyperbola, prodibit $f = \frac{T + v}{\frac{1}{2}T + v} v$: Pro Ellipsi vel Circulo, $f = \frac{T - v}{\frac{1}{2}T - v} v$. Hoc est, ut $\frac{1}{2}T \pm v$ ad $T \pm v$, sic v ad f . Atque in aliis curvis pariter, pro cujusque caractere; quarum ego plura specimina ibidem exhibui. Et quidem si non appareat, prima fronte, tale Trilineum ut $AV\alpha$ aut $AY\alpha$; quomodo accommodanda sit ea res, pluribus ostendi. 25

Sed et ibidem ostendi, quomodo abbrevianda sit Calculi pars magna; Nempe; omissis, sive Neglectis ab initio, omnibus illis terminis, qui forent post delendi aut rejiciendi.

Hoc est, omissis ab initio terminis illis omnibus, in quibus a non conspiceretur, nec sunt in a ducendi; utpote utrinque aequalibus. 30

Item, omissis omnibus in quibus haberetur a^2 , vel hujus superior potestas. Eo quod, post depressionem per $\pm a$, si adhuc a supersit, erit ille terminus nihilo aequalis, (ut sunt

omnia multipla ipsius a , cum ponitur $a = 0$;) sive sit ille terminus intra vinculum, vel extra vinculum Irrationalitatis, si quod sit.

Adeoque, Quoties, in praevis ad hoc multiplicationibus (pro analogia constituenda,) occurrit terminus ab a immunis, in alium sic immunem ducendus; aut terminus in quo
5 conspicitur a , in alium quo sic conspicitur; negligendum est illud multiplicationis membrum: solaque illa sunt prosequenda, ubi terminus quo conspicitur a (unius dimensionis) ducendus est in terminum quo non conspicitur a .

Fundamentum hujus processus hoc est. Quo habeatur Tangentis positio, hoc prospiciendum est unicum, ut Ordinata trilinei Curvilinei $AV\alpha$, cum ea quae est Ordinata
10 Trianguli $FV\alpha$, coincidet. Hoc est DO cum DT . Quod non fit nisi in $V\alpha$. Cumque ipsius DT constans Character (pro curvis omnibus) sit $\frac{f \pm a}{f}b$, (aequatio Lateralis, quam ingreditur ipsius a dimensio unica, non plures,) sicubi habeantur ipsius plures dimensiones (a^2 , a^3 , etc.) erit ille terminus (etiam post depressionem per $\pm a$) nihili multiplus: adeoque nihil.

Quumque hoc quod moneo adhibetur Calculi Compendium; id quod superest est reapse tuus Calculus Differentialis; (ut non sit ea tam nova res, quam nova loquendi formula; utut tu id forte non animadverteris.) Est utique meum a , tantundem ac tuum x (seu y) Abscissae segmentum; cum hoc solo discrimine, quod tuum x est infinite-parvum; meum a , plane nihil. Cumque deleta sunt, seu (per calculi compendium) omissa, ea omnia
20 quae delenda forent; quod reliquum est, est ipsum tuum minutum Triangulum Differentiale (duobus ordinatis proximis interjectum) toti $FV\alpha$ simile; tibi quidem infinite-exiguum, mihi vero plane nihil. Quippe quo retinetur Species Trianguli, sed abstracta a Magnitudine: Hoc est, Triangulum hujusce Formae, sed Nullius Magnitudinis.

Nec tamen id tibi imputandum est, aut vitio dandum, quod non animadverteris rem ipsam fuisse a me ante insinuatam, sed sub alia verborum formula: cum non tibi magis
25 incumbat mea vidisse omnia (et penitus examinasse) quam mihi tua. Nec sua caret utilitate, diversis itineribus ad id ipsum (seu quod aequipollet) a pluribus perventum esse.

Quod autem mea mihi videatur designatio simplicior, ponentis $a = 0$; quam tua ponentis x infinite-parvum; hinc est, Nempe quod mihi non opus sit tuis aliquot postulatis,
30 de infinite-parvo in se ducto, aut in aliud infinite-parvum, in nihilum degenerante, (quod

23f. nullius determinatae Magnitudinis. [Quae est tua, credo, *Quantitas Inassignabilis*.] Nec *E*, eckige Klammern in *E*

non nisi cum aliqua cautione admittendum est;) cum sit per se perspicuum (quod mihi sufficit) quod, Nihili quodcunque multiplum, est adhuc Nihil.

Quodque tu mones, Ep. 21 Junii 1677, quod non *refert, quem Angulum faciunt Ordinatae ad Axem*, (ubi tu *A x e m* dicis, eo sensu quo alii *D i a m e t r u m*: Quippe plures sunt v. g. ejusdem Parabolae Diametri, sed Axis unicus, ad quem scilicet Ordinatae sunt ad Angulos Rectos;) omnino verum est: quod et ego ante monueram; ex eo quod consideratio Anguli, non ingreditur Aequationem. Quippe haec mihi Regula Generalis est, Quaecunque Quantitas non ingreditur Aequationem, ea (quoad illam aequationem) est Indeterminata; adeoque potest pro arbitrio sumi: sed intra certos limites, ne secus evadat Aequatio Impossibilis. De quo fusius diximus, ad *Algebrae* prop. 57. 5 10

Sed et de Tangentibus monueram hanc meam Methodum extendi ad duarum Curvarum contactum mutuuum, non minus quam ad Tactum Curvae Rectaeque. Puta si quaeratur Positio Parabolae, quae tangat expositam Hyperbolam, Ellipsin, Circulumve. Quippe, ut illic quaeritur positio Trianguli $FV\alpha$, quod sit cum Trilineo $AV\alpha$ comparandum (ex collatis Characteribus Trianguli istiusque Trilinei:) Hic, quaerenda est positio ipsius $FV\alpha$ Parabolae, cum illo Trilineo (ex collatis utriusque Characteribus) ita ut eadem $V\alpha$ sit utriusque Ordinata. (Verum hic alia erit adhibenda ratio in abbreviando calculo, quam ubi de Recta tangente agitur: Eo quod Tri[a]nguli Character est Aequatio Lateralis; sed, Parabolae, Quadratica: Et, pro aliis Curvis alia atque alia.) 15

Quae omnia sunt a me tradita in Epistola ad D. Oldenburgium scripta Feb. 15. 1671 stilo Angliae: et Transactionibus Londinensibus inserta pro Mense Martio 1672: indeque transumpta in *Algebrae* meae Cap. 95. Eaque hic repeto, ut videas (si vacet) quantus 20

1 cautione adhibendum est E 12 mutuuum, (quatenus id fieri potest,) non E 16 ex comparatis utriusque E 17 utriusque communis Ordinata E 19f. alia.) Huc utique res redit, universim; *Duorum Trilineorum diversiformium, communem Ordinatam habentium, eidem Diametro applicatam; (seu quod tandundem est;) data unius altitudine, alterius altitudinem investigare; (nempe ex collatis inter se utriusque Characteribus.)* Quod & *methodum (quam vocas) Tangentium Inversam, comprehendit. Atque hinc amplius aperitur exspatiandi campus, sicui libet eum ingredi, de mutuis Curvarum inter se Contactibus. Quae E*

3 mones: vgl. III, 2, S. 168. 10 prop. 57: Gemeint ist *De algebra tractatus, a. a. O.*, Cap. LVII. 11 monueram: vgl. z. B. *ibd.*, S. 402. 20 Epistola: J. WALLIS, *Epitome binae methodi tangentium*, in: *Phil. Trans.*, 25. März (4. Apr.) 1672, S. 4010–4016.

sit tuae meaeque methodi hac in re consensus, sed sub diversis loquendi formulis; et, quodnam sit utriusque Fundamentum. Nam justa est, quam tu innuis, querela Ep. 27 Aug. 1676, quod, Multa quae videntur clara, gratis assumimus Axiomata, cum tamen opus sit ipsorum Axiomatum Analysisi, ut verum quod subest Fundamentum patescat.

5 Quod itaque soleo ego sollicitus inquirere. Quippe, dum citra Principia consistimus, deest non parum luminis quod rem totam illustret.

Plura dicturum prohibet Epistola jam praelonga. Vale.

212. JOHANN BERNOULLI AN LEIBNIZ

Groningen, 23. Juli (2. August) 1698. [208. 213.]

10 **Überlieferung:** *K* Abfertigung: LBr. 57,1 Bl. 244.246 1 Bog. 4°. 4 S. — Gedr.: GERHARDT, *Math. Schr.* 3, 1855, S. 516–518 (teilw.).

Groningae d. 23 Juli st. v. 1698

Vir Amplissime atque Celeberrime Fautor Honoratissime

Doleo profecto *j a c t u r a m l i t e r a r u m m e a r u m n o v i s s i m a r u m* non
 15 ob rei pretium, sed ob ingratum redescibendi laborem mihi molestissimam. Vereor ne a quopiam reperiantur qui Tibi redditurus non sit; nollem enim ab alio legi ea praesertim quae Tibi narraveram de quibusdam Pastoribus nostris. Ecce repeto quae disserueram de Vinometris construendis, eorum enim pro more meo descriptionem asservavi:


Mentem subiit annon melius intentum obtinere liceret (*v i n o m e t r u m p a -*
 20 *r a n d i*) ope phialarum liquore semiplenarum, quibus Boylaeus ni fallor primus

1 hac in re *erg. K* 2 utriusque commune Fundamentum *E* 7 Vale. Tui Observantissimus, Johannes Wallis. *Schluss von E*


2 innuis: vgl. III, 1, S. 583.

Zu N. 212: Die Abfertigung antwortet auf N. 208 und wird beantwortet durch N. 215. Beilage war N. 213 und Bernoullis Schrift *Solutio problematis isoperimetricorum* (N. 206). Der im Folgenden eingerückt wiedergegebene Teil ist ein Zitat aus *K*¹ von N. 205; vgl. N. 205, S. 805 Z. 7 – S. 808 Z. 11. Wesentliche Abweichungen werden hier angegeben. 14 *l i t e r a r u m*: N. 205 u. N. 206. 19f. (*v i n o m e t r u m p a r a n d i*): fehlt in *K*¹ von N. 205. 20 Boylaeus: vgl. N. 205, S. 805 Z. 8 Erl.

ostendere solebat pressionem columnarum. Ita ergo phialae ex. gr. quatuor A, B, C, D parari possent, ut dolio existente pleno omnes demersae haerent in fundo: De-




tracto vero liquore ex. gr. usque ad $\alpha\alpha$ tunc phiala prima A (aëre in illa ob diminutum pondus columnae sese expandente et liquorem per orificium apertum expellente) jam levior facta sursum peteret, reliquis B, C, D ob gravitatem adhucdum praepolentem in fundo manentibus. Sin autem porro liquor ex dolio emitteretur ad $\beta\beta$, tunc B ascenderet; sic subsidente ad $\gamma\gamma$, emergeret C , et tandem ubi ad $\delta\delta$ usque evacuatum esset eniteretur D . Redimpleto dolio phialae in superioribus natabunt, nec fundum repetent nisi vi eo detrudantur. Pronunciaturus itaque quantum liquoris ante redimpletionem fuerit exemtum, respicerem tantum ad numerum phialarum in summo natantium, ex. gr. trium A, B, C , unde concluderem tantum ad minimum fuisse exhaustum quantum continetur in spatio $\gamma S \gamma$. Interim quo minores essent differentiae columnarum cum quibus phialae sunt aequilibratae et quo plures essent talium phialarum, eo accuratius detracti quantitatem explorare possemus. Postea alii modi idem praestandi sine elasticitate aeris, mihi inciderunt, e quibus duos hic apponam, qui effectum faciles mihi videntur. Concipe tubum recurvum A , ab utraque parte apertum et liquore plenum ita immitti in dolium plenum ut orificium cruris brevioris pertingat ex. gr. ad superficiem imaginariam $\alpha\alpha$. Jam finge detrahi aliquid



7 $\delta\delta$: In K^1 von N. 205 heißt es „ $\delta\delta$ perventum esset“.


liquoris ex dolio, patet utique, quod quamdiu orificium cruris brevioris intra liquorem latet tam diu totus tubus plenus manebit, sed statim ac liquoris superficies infra orificium seu infra superficiem imaginariam subsiderit, tunc omnis liquor qui in eminente parte tubi existit per crus longius descendet, aëre in ejus locum per crus
 5 brevius succedente: qui aër licet dolium postea omnem suum liquorem ad summitatem usque resumat, cum neutrorum evadere possit in tubo manere cogitur. Hinc si plures tales tubos recurvos A, B, C, D quorum orificia crurum breviorum gradatim ascendant, in dolium immiseris, poteris iterum judicare ex numero tuborum aërem continentium quousque dolium depletum fuerit. Vel si malueris loco tot tuborum
 10 assumere unicum tubum rectum FE instructum pluribus ramulis inflexis a, b, c, d etc. per minima intervallula a se distantibus, eundem usum obtinebis. Illi enim ramuli, qui semel a liquore evacuati sunt post redimpletionem dolii retinebunt in flexuris suis ampullas aëreas; infimus ergo ramulus tali ampulla conspicuus indicabit quousque dolium fuerit exhaustum. Ecce jam alterum instrumentum quod mihi in



15 mentem venit. AB tubus est utrinque apertus multos habens varices seu tumores excavatos aemulantes venarum valvulas, quem liquore plenum (poterit autem facile impleri si invertatur et obturato A , per B infundatur) immitto in dolium liquore pariter plenum. Jam si tantum liquoris ex dolio effluerit ut ejus superficies subsiderit ad $\alpha\alpha$, adeoque etiam omnis liquor qui in parte tubi eminente Abc extitit
 20 descenderit, illamque totam cavitatem aër succedens impleverit; manifestum utique est ob affusum novum liquorem quo dolium redimpletur, totum quidem tubum AB etiam redimpletum iri, relictis tamen aëre plenis omnibus illis varicibus, qui supra

3 imaginariam: In K^1 von N. 205 heißt es „imaginariam $\alpha\alpha$ subsiderit“.


$\alpha\alpha$ existunt; cum enim varicum convexitates sursum spectent, aër qui semel in illos se recepit, a liquore amplius expelli nequit. Ergo et hoc modo infimi varices *b*, *c*, aërem continentes monstrabunt quousque dolium fuerit evacuatum. Hujusmodi tubus varicosus etiam alibi usum obtinere posset ex. gr. ad thermometra conficienda quae non solum praesentem aëris temperiem sed etiam praeteritam ostenderent et simul limites caloris et frigoris. Ut si Observator medio Aprilis (quo tempore ceu notum aëris temperies maxime variabilis) certo quodam die explorare vellet maximum et minimum gradum caloris aëris, seu quantum aër mutari potuerit intra 24 horas. Certe continua observatio 24 horas durans taediosissima esset, imo etiam inutilis quia experientia docet praesentia hominum eorum scilicet habitu et continua transpiratione insensibili aërem ambientem alterari, ideoque liquorem in thermometris plus justo descendere. Huic igitur duplici incommodo remederi licet; si duo nobis



comparemus thermometra ordinariis similia excepto quod habeant tubos varicosos, unius varicibus sursum (Fig. I.), alterius varicibus deorsum (Fig. II.) spectantibus. Illud enim fig. I. Observatori licet per totum diem absentem et sub finem tantum diei observatum redeunti ostendet maximum descensum liquoris id est maximum gradum caloris quem aër illo die habuit, id quod arguere poterit ex infimo varice *a* aërem includente, alterum vero fig. II. determinabit maximum ascensum liquoris seu maximum gradum frigoris, varice nempe summo *b* paucillum liquoris retinente. Dum haec scribo video non opus esse duobus thermometris, unum enim utrumque praestare poterit, si nempe constet tubo contrarios habens varices ut hic delineatum


17f. ex ... includente: nach K^2 von N. 205.

Fig. III.



vides. Fig. III. Caeterum hoc modo explorare possemus limites intensissimi frigoris et ferventissimi aestus totius anni, sed talis eligendus esset liquor qui in varicibus, *b*, ob modicam sui quantitatem non exiccaretur etc.

Haec Tibi scripseram circa Vinometra, caeterum simplissime res confici posset ope
 5 tubi communis ab utraque parte aperti, qui in inferiore extremitate adaptatam haberet
 valvulam intus foras spectantem. Ex. gr. *AB*, esset tubus ab *A* et *B* apertus, *c* valvula



exacte congruens orificio *B*; hunc tubum liquore plenum immitterem in dolium plenum;
 ex quo si emittatur liquor donec subsiderit ad $\alpha\alpha$, descendet liquor in tubo ad eundem
 terminum *D*, quia libere per *B* egredi potest: jam autem si iterum redimpleatur dolium
 10 (cavendum tamen ne aliquid per *A* ingrediatur) valvula *c* obstabit regressui liquoris, ita
 ut post redimpletionem tota pars *AD* a liquore vacua mensura sit; visurus ergo quantum
 liquoris sit extractum, superinducto pollice orificio *A* tubum *AB* eximerem ex dolio et

pars vacua *AD* mihi indicaret descensum liquoris in dolio. Adjeci quia petis excerpta ex literis ad Volderum scriptis, videbis an ad objectionem ipsius sufficienter responderim. Jam coram ipsi dixeram quod mihi jam scribis ipsi significandum, Te scilicet praeter extensionem et impenetrabilitatem tertium quid requirere ad essentiam corporis quod consistat in vi ingenita ad conservationem virium, unde necessario vim elasticam omnibus corporibus ex natura sua competere. Ille autem regessit Te aliquid statuere quod concipere non possis; an illud tertium sit substantia an modus? si modus, nihil novi esse. Sin substantia an spiritus an corpus? aut forte tertium? hoc autem tertium explicari non posse, nisi cum veteribus ad formam substantialem diu explosam recurrere velis. Ego quidem ipsi respondi, sufficere experientiam nos docere, corpora quo duriora tanto perfectiorem habere vim elasticam; hac autem posita facile posse demonstrari quantitatem virium conservari non vero quantitatem motus Cartesianam nisi in certis casibus. Illa autem vis elastica an corpori sit congenita an a materia ambiente proveniat, mihi perinde esse, imo utrumque esse posse illud aequae ac hoc, facile enim me posse concipere Deum creasse materiam cum conatu quodam, id est materiam tunc cum quiescere videtur habere tamen celeritatem infinite parvam, illamque semper in materia manere quia semel a Deo fuerit impressa atque hunc conatum esse, seu motum infinite tardum qui producat illam insitam vim elasticam, unde non opus esse illam deducere ab anima quadam corporea seu forma substantiali.

Miror Te quaerere *an ulla usquam portio detur materiae quae ad aliam portionem habeat rationem inassignabilem; seu an detur linea recta utrinque terminata, sed quae tamen ad aliam rectam habeat rationem infinitam vel infinite parvam* cum tamen actualem materiae divisionem in partes numero infinitas admittas: Nam si corpus finitum habet partes numero infinitas, credidi semper et etiamnum credo minimam istarum partium debere habere ad totum rationem inassignabilem seu infinite parvam. Nec opus est actuali divisione, sufficit talem particulam in toto coexistere, quemadmodum linea Mathematica coexistit cum superficie vel superficies cum corpore, vel quodlibet differentiale cum suo integrali vel ut aptius loquar quemadmodum secundum Harvaeum et

1 pars vacua *AD K*, *korr. Hrsq.*

20 quaerere: vgl. N. 208, S. 827 Z. 24 – S. 828 Z. 3. 28 Harvaeum: Bernoulli spielt auf den Streit zwischen Ovisten und Animalkulisten an. Vgl. auch W. HARVEY, *Exercitationes de generatione animalium*, 1651, und A. van LEEUWENHOEK, *An abstract of a letter ... concerning generation by an insect*, in: *Phil. Trans.*, 22. Aug. (1. Sept.) 1685, S. 1120–1134.

alios sed non secundum Leuwenhoeck in animali innumera sunt ovula, in quolibet ovulo animalculum vel plura, in quolibet animalculo (faemella) iterum innumera ovula et ita in infinitum. Sed quicquid sit cogitationes meas de infinitate mundorum non pro certis et demonstratis venditare volui sed pro conjecturis tantum probabilibus; hoc principali
 5 fundamento nisus quod existentia eorum nullam implicet contradictionem, quod cognitio nostra ut de finito ita de infinito quanto sit tantum relativa, quod nihil in se ut neque magnum neque parvum ita nec infinitum nec finitum sit, quod tandem nullum sit argumentum contra infinitatem mundorum, quo non aequè uti possent alius mundi incolae ad demonstrandum se solos esse, sed dabitur forsàn occasio, qua haec fusius explicabo.

10 Jam in novissimis meis dixeram, ni fallor, me Hagae nactum esse Hugenii *Cosmotheon*, etiam hic praeter probabilia nihil vel parum habet: de *Dioptrica* ejus nihil intellexi. En habes hic secundam descriptionem methodorum mearum pro solutionibus problematum isoperimetricorum, examina quaeso accurate et asserva schediasma ut si opus fuerint edere possis. Vale

15 Deditissimus

J. Bernoulli

P.S. in amissis meis literis quaesivi ex Te, an demonstratio mea Tautochronismi Hugeniani in *Actis* prodierit.

213. JOHANN BERNOULLI FÜR LEIBNIZ

Auszug aus dem Brief Johann Bernoullis an Burchard de Volder vom 7. Juli 1698.

20 Beilage zu N. 212. [212. 215.]

Überlieferung: K Auszug: LBr. 57,1 Bl. 245. 4^o. 2 S. — Gedr.: GERHARDT, *Math. Schr.* 3, 1855, S. 519–520.


Excerpta ex literis ad Volderum datis d. 27. Juni st. v. 1698

25 Ecce mitto ut promiseram enodationem difficultatis paulo ante discessum meum a Te motae contra infinitorum methodum. Vix posueram pedem in scapham Hagam pe-

11 *Dioptrica*: vgl. N. 208, S. 828 Z. 7 Erl. 16 quaesivi: vgl. N. 205, S. 809 Z. 10 ff. u. Erl.

Zu N. 213: Der Auszug war Beilage zu N. 212. Das Konzept des Briefes von Bernoulli an de Volder vom 7. Juli 1698 befindet sich in der Universitätsbibl. Basel (L I a 675 Bl. 161–162). 24 discessum: vgl. N. 205, S. 812 Z. 7 ff.

tens cum missis distractionibus, quibus Tecum colloquens adhucdum detinebar, *anguem in herba latentem* detegerem, videremque in eo laborare objectionem Tuam quod quantitatem aliquam ad quam non attendisti tanquam nihil neglexeris cum tamen revera non modo sit aliquid finiti sed ipsa prorsus infinita, ut jam patebit. „Sint AG , AM (ita circiter argumentabaris) asymptoti hyperboles FCL cujus natura (positis $AB = x$, $BC = y$) exprimitur per hanc aequationem $xy = a^3$; Constat subtangentem BO esse $= \frac{1}{2}AB$; Ergo si CN parallela ipsi AB producat ad E ita ut NE sit $= BO$ seu dimidia AB , idemque si fiat ubique generabitur nova hyperbola IQE cujus areae elementum En erit aequale prioris elemento correspondenti Cb ; unde elementis in summam collectis erit area quaevis $NRQE$, aequalis areae correspondenti $SBCP$: o p -



time! hoc omnes concedent ast cum AS sit arbitraria (porro inferebas) ubicunque enim sit punctum S semper erit $SBCP = NRQE$, poterimus ponere $AS = 0$, unde sequitur totum spatium asymptoticum in infinitum extensum $GABCF$ aequale fore toti alteri spatio asymptotico pariter in infinitum extenso $GNEI$; interim cum ubique NC , RP etc. sint duplae ipsarum NE , RQ etc. adeoque et ipsum spatium $GNCF$ sit duplum spatii $GNEI$, erit potiori jure sp. $GABCF$ saltem duplum spatii $GNEI$, ac proinde haec duo spatia non possunt esse aequalia, contra prius ratiocinium, quomodo igitur haec concilianda?¹

Hic ni fallor est sensus objectionis Tuae; ad quam ut breviter respondeam, velim consideres, AS nunquam posse assumi absolute $= 0$, nam punctum P semper existere debet in hyperbola nunquam vero in asymptoto AG ; et quamvis in infinitum intelliga-

1 *anguem*: vgl. P. VERGILIUS Maro, *Eclogae* 3,93.

tur removeri a puncto C ita ut ad asymptoton data quavis assignabili propius accedat, distantia tamen in ipso infinito non omnino evanescet sed erit aliquid licet infinite exigua. Hocque clarum est ex eo quod solidum sub PS et AS^2 constanti cubo a^3 aequari debet; id vero fieri non posset nisi utraque tam AS quam PS esset aliquid reale; etenim

5 ex non-quanto seu ex absolute nihilo multiplicato per quantitatem licet infinitam, non potest produci aliquid. His bene intellectis nego jam sequi ex priori ratiocinio spatium $GABCF$ aequari spatio $GNEI$; quippe exinde concludi nihil potest aliud quam quod assumpta AK infinite parva et ducta KH asymptoto parallela, fieri debeat spatium $GNEI$ aequale spatio $HKBCF$: id quod minime absurdum nullamque contradictionem implicat, quia potius probitatem calculi differentialis et integralis egregie confirmat; quoniam

10 ex posteriori ratiocinio spatium $GNCF$ seu $GABCF$ duplum est spatii $GNEI$, hoc vero ut modo ostensum aequale spatio $HKBCF$, sequitur $GABCF$ duplum esse ipsius $HKBCF$ ideoque $GAKH$ (id est rectangulum sub abscissa infinite parva AK et applicata infinita KH) = spatio $HKBCF$ = (addita quantitate finita $MBCL$ ad infinitam

15 $HKBCF$) $HKMLCF$; at generaliter verum est (notantibus id etiam jam pridem Robervallio, Cavallerio, Pascalio, Fermatio, Wallisio aliisque, quod per calculum differentialium facilime invenitur) rectangulum scilicet sub abscissa AS et applicata PS aequari spatio hyperbolico $MSPCL$. Interim mirum Tibi videri non debet neve methodus differentialium ideo suspecta quod rectangulum AKH latitudinis infinite exiguae AK reperiatur

20 aequale spatio infinito $HKMLCF$, siquidem hoc rectangulum revera infinitum esse non obstante quod habeat latitudinem infinite parvam patet ex ipsa aequatione ad hyperbolam $xy = a^3$, quae resoluta in proportionem dat $x . a :: aa . xy$, unde si x seu AK sit infinite parva id est infinities minor quam determinata et finita a , erit pariter aa seu quadratum finitum infinities minus quam xy ; proindeque xy seu rectangulum AKH revera est infinitum. Haud aliter judicandum de omni alia hyperbola $x^n y = a^{n+1}$, quotiescunque enim n unitate major est, difficultas Tua semper occurrit, nempe quia tunc semper

25 rectangulum AKH evadit infinitum et comparabile cum spatio $HKBCF$, adeoque minime negligendum: sed contra quotiescunque n unitate minor vel eidem aequalis, tunc cessat objectio, quoniam scilicet rectangulum AKH tunc fit infinite parvum vel finitum

30 et incomparabile spatio $HKBCF$, adeoque tuto negligi potest. Unde vides et vel hoc nomine genuinam esse responsionem quam hic dedi ad difficultatem Tuam, non dubito quin sit Tibi satisfactum etc.

30 negligi: Dieses Argument funktioniert nur für $n < 1$. Vgl. das Beispiel in Leibniz' Antwort (N. 215, S. 855 Z. 13 ff.).

214. DENIS PAPIN AN LEIBNIZ

Kassel, 25. Juli (4. August) 1698. [209. 216.]

Überlieferung: *K* Abfertigung: LBr. 714 Bl. 139–140. 1 Bog. 4°. 3 S. Bemerkung von Leibniz' Hand. Auf diesem Bogen befindet sich auch das Postskriptum von N. 216 (Bl. 140 v^o). — Gedr.: 1. GERLAND, *Briefw.*, 1881, S. 233–234 (teilw.); 2. PAPIN, *Ouvrages* 8, 1893, S. 17–19.

5

Monsieur,

A Cassell ce 25^e v. s. Juillet 1698.

Je Vous demande pardon d'avoir été si long temps sans répondre à celle dont Vous m'avez honoré du $\frac{14}{24}$ Avril mais Je ne sçay comment le temps se passe. Je differe d'une semaine à l'autre dans l'esperance d'achever quelque chose dont Je puisse Vous entretenir: et il survient d'autres affaires à la traverse, ou des difficultez à quoy Je ne m'attendois pas: et ainsi tous ces petits retardements joints ensemble en font un grand à quoy Je ne me serois jamais resolu si J'avois d'abord cru qu'il eust deub aller si loing. La peine que Vous avez prise de m'ecrire encor le 18^e Juillet m'a fait sentir ma faute trop vivement pour pouvoir differer davantage à Vous dire ce que Je pense de vótre derniere argument. Je trouve, Monsieur, qu'il est fort subtil mais, à dire le vray, il ne me paroist pas de la même force que l'autre: car quand Vous posez comme un Principe que *actiones sunt in ratione composita spatiorum percursorum et velocitatum quibus percursa sunt* il me semble que c'est supposer ce qui est en question: puisque je Vous ay tousjours contesté cela, en soutenant que l'action se doit mesurer par la quantité de resistance qu'on surmonte, et qu'il arrive souvent qu'on surmonte bien plus de resistance en parcourant un certain espace lentement qu'en le parcourant plus vite: ainsi, Monsieur, il me semble qu'avant que vótre demonstration puisse passer pour valable il faudroit avoir prouvé votre (2) assertion que je viens de citer: c'est tout ce que Je puis à present Vous dire sur cela, en Vous assurant que Vous me faites justice de croire que Je seray tousjours prest de ceder à la verité et de la recognoistre ouvertement: puisque c'est la seule chose que J'ay cherchée dans toute cette dispute.

La maniere dont J'emploie à present le feu pour elever l'eau est tousjours sur le Principe de la rarefaction de l'eau: seulement Je le fais à present d'une maniere bien

Zu N. 214: Die Abfertigung antwortet auf N. 187, N. 188 u. N. 209 und wird beantwortet durch Leibniz' Schreiben vom 8. August 1698 (N. 216). 13 le 18^e Juillet: N. 209 vom 27. Juli 1698.

plus facile à bien executer que celle que J'ay publiée: et deplus, outre la suction dont Je me servoit, J'emploie aussi la force de la pression que l'eau exerce sur les autres corps en se dilatant, dont les effets ne sont pas bornez comme sont ceux de la suction: ainsi Je suis persuadé que cette invention si on la pousse comme il faut, pourra produire des
 5 utilitez tres considerables: mais on n'a pas encor fait de grands progrès: car quoy que Monseigneur ayt paru fort satisfait de tout ce que J'ay fait sur cela, Je ne sçay par quelle raison S. A. S. ne m'a pas fait l'honneur de m'employer dans le desseing qu'elle a eu de faire monter l'eau de la Fulde sur une des tours du chateau: et cependant Je crois pouvoir dire, sans vanité, que ce que l'on a fait est peu de chose en comparaison de
 10 ce que J'aurois pu faire. Pour moy, comme Je crois qu'on peut employer cette invention à bien d'autres choses qu'à lever de l'eau, J'ay fait un petit modele d'un chariot qui avance par cette force: et il fait, dans mon poele, l'effect que J'en avois attendu: mais Je crois que l'inegalité et les detours des grands chemins rendront cette invention tres difficile à perfectionner pour les voitures par terre; mais pour les voitures par eau Je me
 15 flatterois d'en venir à bout assez promptement si J'avois plus de secours que je n'en ay: et J'ay quelque lieu d'esperer qu'avec le temps S. A. S. se resoudra de m'assister plus efficacement qu'elle n'a fait jusques icy. J'ay eu bien de la joie d'apprendre que Vous avez aussi des desseings pour mettre à profit la force mouvante du feu et Je souhaite fort que la petite epreuve dont Vous me parlez ayt reussi à vótre gré et que Vous puissiez
 20 bien tost venir dans nostre voisinage comme Vous me le faites esperer pour cet été: cependant Je demeure avec respect,

Monsieur

Vostre tres humble et tres obeissant serviteur

D. Papin.¹

¹ <Am Schluss von Leibniz' Hand:> Ma reponse à ce qu'il y a dans cette lettre touchant l'estime de la force et de l'action se trouve dans la reponse que j'y ay faite le 29 Juillet dont J'ay gardé le brouillon.

¹ publiée: vgl. D. PAPIN, *Nova methodus ad vires motrices validissimas levi pretio comparandas*, in: *Acta erud.*, Aug. 1690, S. 410–414. 25 le brouillon: *L*¹ von N. 216.

215. LEIBNIZ AN JOHANN BERNOULLI

Hannover, 29. Juli (8. August) 1698. [213. 218.]

Überlieferung:

- L* Konzept: LBr. 57,1 Bl. 247.251.248–249. 1 Bog. 2 Bl. 4°. $6\frac{5}{8}$ S. Am Kopf von Bl. 247 r° von Leibniz' Hand: „ad Dn. Joh. Bernoullium 28. jul. 1698“ und Bemerkung zur Reihenfolge der Blätter. Ähnliche Bemerkungen am Kopf von Bl. 248 r° u. Bl. 249 r°. Markierungen wohl von Joh. Bernoullis Hand. 5
- l* Abfertigung: BASEL *Universitätsbibl.* L I a 19 Bl. 111–114. 2 Bog. 4°. 8 S. von Schreiberhand mit Korrekturen, Zeichnungen und Ergänzungen von Leibniz' Hand (*Lil*). (Unsere Druckvorlage) 10
- A* Abschrift von *l*: BASEL *Universitätsbibl.* L I a 20 S. 175–182. 4°. $7\frac{1}{2}$ S. besorgt von Joh. Jak. Burckhardt.
- E* Erstdruck nach einer unbekanntem Vorlage: *Commercium philos. et math.* 1, 1745, S. 381 bis 388. — Danach: GERHARDT, *Math. Schr.* 3, 1855, S. 521–527.

Vir Celeberrime Fautor Honoratissime

15

Doleo me causam Tibi fuisse innocentem laboris ingrati; sperabam ab alio describi posse quod iterum mitteres. Cum nemo hic curiositates valde curet, credo ad me redissent literae, nisi fuissent conculcatae aut dilaceratae.

Ut celeberrimo Voldero circa vim Elasticam satisfiat, non est opus recurri ad animas aut formas, aut spiritus; nam his sepositis, sufficit uti jam in praecedente Epistola notavi, tale esse systema rerum, ut materiae portio quantumvis exigua ab alia adhuc subtiliore perlabente mechanicam sese a flexu restituendi causam accipiat quantum opus est ad

19 Ut (1) domino (2) celeberrimo *L* 20 formas, (1) quas per me licet spiritus vocet (2) aut spiritus *L* 20 uti ... notavi, *erg. L* 22–854,1 quantum ... leges *erg. L*

Zu N. 215: Die Abfertigung antwortet auf N. 212. Ihr folgt N. 218. Sie wird beantwortet durch N. 219. Das Konzept *L* wurde einen Tag früher verfasst. — Die Stellen Z. 16–18 u. S. 859 Z. 5–9 sind am Rand in *l* mit einem senkrechten Tintenstrich gekennzeichnet, der dann mit schwarzem Bleistift wieder gestrichen wurde. Die Kennzeichnung geschah wohl durch Joh. Bernoulli, der diese Stellen im P. S. (LBr. 57,2 Bl. 44) zu seinem Brief vom 7. Mai 1701 zitiert. Ihre Streichung nahm Bernoulli möglicherweise vor, als er die Briefe für Burckhardts Abschrift vorbereitete. Zu weiteren Bleistiftmarkierungen vgl. N. 244, S. 946 Z. 20 – S. 947 Z. 1 Erl. Das Wort „Modus“ und seine Deklinationen sind in *L* klein geschrieben. 20 praecedente: N. 208.

observandas nostras motus leges; atque ita vis Elastica erit corpori omni essentialis, ex systematis structura. Nec magis nos conservationem potentiae, quam Cartesianos conservationem producti ex mole in velocitatem statuentes recurrere necesse est ad aliquid altius. Neutrum enim ex sola extensione et impenetrabilitate duci potest. Ad Dei autem
 5 hic voluntatem nudam recurrere cum Cartesio parum Philosophicum est. Et quocunque modo aestimemus eam quae servatur potentiam, concluditur ex eo quod vis vel actio non perit, aliud esse in corpore quam illa duo, extensionem scil. et impenetrabilitatem; nam alias ut in praecedente Epistola mea notavi, duo corpora aequalia directe sibi occurrentia se sisterent mutuo, aliaque multa contingerent prorsus et ab experimentis et a rationibus
 10 etiam aliena; quae scilicet ex simplici compositione conatuum Geometrica necessitate consequerentur, ut alicubi explicare memini, in diario eruditorum Gallico, et jam olim in theoria motus quam juvenis publicavi.

Quod vero Dominus Volderus nobis objecit, nos ita cogi ad aliquid in corpore statuendum, quod concipere non possimus; bene a Te
 15 responsum est, sufficere quod experientia nos cogat ad admittendum aliquid praeter extensionem et impenetrabilitatem, sive id concipi a nobis possit, sive non. Porro, ut ostendat, rem non posse concipi, quaerit, utrum id, quod praeter extensionem et impenetrabilitatem admittimus substantia sit, an Modus; additque si Modus sit, nihil futurum esse novi; si
 20 substantia, spiritum fore aut corpus, aut tertium, et hoc tertium non posse explicari nisi cum veteribus ad formam substantialem dudum (ipsius iudicio) explosam recurrere veli-

2f. conservationem (1) motus ejusdem (2) facti (3) producti L 4f. altius. (1) Interim revera quocunque (2) Neutram ... est. Et quocunque L 4 altius. Neutram enim l, korr. Hrsg. nach L 6 vel (1) motus (2) actio L 7 illa duo erg. L 7 scil. erg. L 8 alias erg. L 13 Volderus (1) Tibi (2) nobis L 16–19 sive non. (1) Nec tamen res adeo est inexplicabilis, ut ideo refici mereatur. Nam etiam quaerit, utrum id substantia sit an modus (2) Porro ... an modus L

2 Cartesianos: vgl. R. DESCARTES, *Principia philosophiae*, 1644, Pars secunda, §XXXVI.
 5 Cartesio: vgl. *ibd.* 11 alicubi: vgl. LEIBNIZ, *Extrait d'une lettre ... sur la question, si l'essence du corps consiste dans l'étendue*, in: *Journal des sçavans*, 18. Juni 1691, S. 386–391. 12 theoria motus: LEIBNIZ, *Hypothesis physica nova*, 1671. Die Schrift besteht aus dem Kapitel *Theoria motus concreti* (VI, 2 N. 40) und enthält angehängt auch Leibniz' *Theoria motus abstracti* (VI, 2 N. 41). Zum Stoß vgl. VI, 2, S. 268 f. 13 objecit: vgl. N. 212, S. 847 Z. 6 f. 17 quaerit: vgl. N. 212, S. 847 Z. 7–9.


m u s. Sed quaerere vicissim liceret, quam assignet definitionem substantiae vel Modo; praeterea dantur quae nec substantia sunt nec Modi, ut attributa primitiva; sic certa magnitudo essentialis est datae materiae; et ita non est Modus, ut sunt figura vel motus; et tamen magnitudo non est substantia, sed attributum. Nec nostra refert, utrum id quod statuimus sit *n o v u m*, modo sit verum. Cum etiam quaeritur an dari possit substantia quae nec sit spiritus nec corpus, rursus definitione opus est, qua fortasse cum illo non convenimus; nam ipse corporis essentiam in extensione collocabit, ego aliquid aliud postulo. Si spiritum omnem cogitatione et intellectu praeditum censet, ego animas formasve existere putabo, quae spiritus non sint. Nec video quid impediatur varios esse Monadum gradus, ut aliae intellectu sint praeditae, aliae inferiore sensu. Itaque si formas substantiales, ut res animabus analogas concipiamus, dubitare licebit an jure sint explosae.

Rectissime etiam solvisse mihi videris Viri Clarissimi Objectionem sane peringeniosam et elegantem contra calculum infinitesimalem, nempe revera infinite parvum longissime abest a nullo. Et cum aequatio ad Hyperbolam est $xy = a^3$, patet, x posita infinite parva nempe primi gradus, esse y ad a , ut aa ad xx . Adeoque y esse infinitam non simplicis sive primi, sed proxime altioris hoc est secundi gradus; quod secus est in Hyperbola simplice, ubi y est ad a ordinariam, ut eadem ordinaria a , ad infinite parvam primi gradus x . Cognatam objectionem ipse formavi olim mihi in Scholio propositionis 22 tractatus inediti quem in Gallia de Tetragonismo meo Arithmetico, paulo post inventionem ejus conscripsi. Ubi apparet objectionem non tantum nostrum calculum, sed et Geometriam jam antea receptam pari jure ferire. Nempe demonstraveram (prop. 18) in figura Analytica simplice (sic vocabam eas quarum aequatio

4 attributum |censetur *gestr.*|. Nec *L* 6f. cum illo *erg. L Lil* 12f. explosae. (1) Haec an (a) nunc praecedentis Epistolae excerptis huc facientibus celeberrimo (b) |si videbitur *erg.*| cum praecedentium literarum excerptis ad rem facientibus celeberrimo Dn. Voldero (continuato forte inter vos commercio) (aa) communicare |hic *erg.*| velis in tuo arbitrio est. (bb) communicari possent (2) Rectissime *L* 13f. videris (1) domini Objectionem (2) Objectionem ejus (3) Viri Clarissimi Objectionem |sane peringeniosam et elegantem *erg.*| contra calculum (a) differe *bricht ab* (b) infinitesimalem *L* 17 proxime *erg. L* 21f. ubi ... ferire *erg. L*

13 solvisse: vgl. N. 213. 20 tractatus: Leibniz verfasste 1676 das Manuskript *De quadratura arithmetica circuli, ellipseos et hyperbolae* (Hrsg. E. Knobloch, Göttingen 1993). 23 vocabam: vgl. *ebd.* den Abschnitt *Definitiones* in Prop. XIV.

relationem continens ordinariam inter ordinatam et abscissam, non nisi duobus membris constat, quales sunt Paraboliformes et Hyperboliformes seu ubi quaedam dignitates abscissarum, sunt ut quaedam dignitates ordinarum) zonam ${}_1C_1B_2B_2C_1C$ esse ad zonam conjugatam ${}_1C_1G_2G_2C_1C$, ut exponens dignitatum ab ordinatis BC , est ad exponentem dignitatum ipsis proportionalium ab ordinatis conjugatis, seu abscissis GC vel AB . Unde in Hyperbola Conica zonae sunt aequales; in ea vero Hyperboloide, quam Antiparabolam vocare possis, ubi ordinatae sunt reciproce ut quadrata abscissarum, erit zona



ad zonam conjugatam ut 1 ad 2, et ita porro. Hinc talis nascitur difficultas etiam in ipsa conica Hyperbola: Zona ${}_3C_3B_2B_2C_3C$ est aequalis zonae conjugatae ${}_3C_3G_2G_2C_3C$, et zona ${}_2C_2B_1B_1C_2C$ ipsi conjugatae ${}_2C_2G_1G_1C_2C$; et ita porro, ponendo zonas illas semper lineis terminatis esse comprehensas. Et ita semper quodlibet tale spatium horizontale aequabitur respondenti verticali. Jam omnia quadrilinea horizontalia in infinitum, usque ad A , complent spatium infinitum quadrilineum ${}_3C_3BA$ etc. ${}_3C$; et omnia verticalia illis respective conjugata et aequalia in infinitum, complent spatium infinitum trilineum ${}_3C_3G$ etc. ${}_3C$ ergo haec duo spatia infinita sibi sunt aequalia, pars tota, quod est absurdum. Excessus enim prioris super posterius est rectangulum $A_3B_3C_3G$. Respondi multum abesse uti indivisibile seu nullum in magnitudine, ab infinite parvo; ita interminatum ab infinite magno. Neque sermonem hic fieri debere de spatio absolute

2f. seu ... ordinarum *erg. L* 14 quadrilineum *erg. L* 16 trilineum *erg. L* 19–857,1 magno (1); et calculos quidam nostros ratiocinationesque ingredi infinite parvum et infinite magnum, sed non indivisibile neque interminatum. Neque proinde aestimari posse spatium absolute interminatum (2). Neque ... interminato *L* 19 magno; Neque *l*, *korr. Hrsq. nach L*

7f. Antiparabolam: zur Terminologie vgl. VII, 5 N. 64.

interminato, velut ${}_3C_3BA$ etc. ${}_3C$, rectis finitis ${}_3C_3B$, ${}_3BA$, et asymptota interminata A etc., et curva interminata ${}_3C$ etc. comprehenso vel quasi; neque adeo ultimam abscissam A_0B , accurate loquendo esse nullam, quasi 0 incideret in A ; nec ultimam ordinatam ${}_0B_0C$ esse interminatam, quasi ${}_0B_0C$ incideret in Asymptotam; sed A_0B esse infinite parvam, et ${}_0B_0C$ esse infinite magnam, sed terminatam; inter quas media proportionalis sit ordinaria quantitas, latus scilicet quadrati constantis quod aequatur rectangulo cuicumque $ABCG$ atque adeo et rectangulo $A_0B_0C_0G$ quod est longitudinis infinite magnae, et altitudinis infinite parvae. Atque ita cessat objectio, neque enim duo spatia interminata supra dicta quadrilineum nempe trilineum, aut sibi aequantur aut a quadrilineis (unum ab horizontalibus, alterum a verticalibus) conflantur, sed spatia infinita ambo debent esse quadrilinea et terminata, nempe zona horizontalis totalis, ex prioribus numero infinitis conflata, ${}_3C_3B_0B_0C_3C$, et zona verticalis totalis itidem ex prioribus numero infinitis composita ${}_3C_3G_0G_0C_3C$ quae duae zonae, infinitae quidem longitudine, sed tamen terminatae, inter se aequantur. Quod etiam in Hyperbola Conica per se patet, quemadmodum et in univsum in ea constat, quod zona horizontalis respondenti verticali aequetur; nam si a duabus zonis detrahas commune trilineum ${}_3C.E_0C.{}_3C$ restabit in uno rectangulum $A_3B_3C_3G$, in altero $A_0G_0C_0B$ quae duo rectangula aequantur inter se ut constat.

Atque haec quidem circa aestimationem virium naturamque corporis, pariter ac circa calculum infinitesimalem, excerpta ex his pariter ac praecedentibus literis, Domino Vol-
 dero, si videbitur, communicari possent. Inter nos autem hoc addo, quod et jam olim
 in dicto tractatu inedito ascripsi, dubitari posse an lineae rectae infinitae longitudine, et
 tamen terminatae revera dentur. Interim sufficere pro calculo, ut fingantur, uti imagina-
 riae radices in Algebra; semper enim quod per infinita ista et infinite parva concluditur
 deductione ad absurdum mea incomparabilium methodo, (cujus aliquando lemmata dedi

2 curva | interminata *erg.* | ${}_3C L$ 2 quasi; (1) cum revera non comprehendatur nec figuram
 constitu(—), quandoquidem Asymptota ad curvam non pervenit. Sed (2) neque L 5 sed terminatam
erg. L 9 quadrilineum nempe est trilineum *erg.* L 10 unum (1) a verticalibus, alterum ab
 horizontalibus (2) ab horizontalibus, alterum a verticalibus L 14f. patet | detracto enim communi
 recti *gestr.* | quemadmodum L 15 in ea constat *erg.* $L Lil$ 16 duabus (1) quadrilineis (2) zonis L
 22 rectae *erg.* $L Lil$


22 tractatu: vgl. in *De quadratura, a. a. O.*, das Scholium zu Prop. XI. 25 lemmata: vgl. § (5)
 in LEIBNIZ, *Tentamen de motuum coelestium causis*, in: *Acta erud.*, Feb. 1689, S. 82–96.

in *Actis*) evinci potest. Itaque mirari etiam non debes, quod dubito an revera detur quantitas infinite parva, aut infinite magna utrinque terminata. Etsi enim concedam, nullam esse portionem materiae, quae non actu sit secta; non tamen ideo devenitur ad elementa insecabilia, aut ad minimas portiones, imo nec ad infinite parvas, sed tantum ad minores
 5 perpetuo et tamen ordinarias; similiter ut ad majores perpetuo in augendo acceditur. Sic etiam semper animalcula in animalculis dari facile concedo, et tamen necesse non est dari animalcula infinite parva nedum ultima. Si talia de quibus inter nos agitur infinita et infinite parva, possibilia esse concederem, etiam crederem esse.

Sed ad reliqua literarum tuarum venio. Et quidem simplicissima est Oenometri ratio
 10 tua novissima per Tubulum communem erectum et infra valvula foras spectante instructum, habet tamen illud imperfecti, quod dum reaffusionem non indicat, etiam indicare non potest, quantum post reaffusionem iterum detrahatur. Imo poterimus detrahere aliquid ut nihil plane indicet Tubulus, si nempe praecedat aquae tantae affusio, quantum mox vini detracturi simus. Quid ergo si adjungamus adhuc alium Tubulum cujus valvula
 15 spectet introrsum? is affusionem indicabit, detractionem non notabit; et machinamento effici posset in utroque Tubulo ut appareret quantum quaque vice affusum aut detractum, et quis fuerit ordo affusionis aut detractionis, imo ratio posset excogitari definiendi specificam liquoris affusi gravitatem, si tanti ea res esset. Pressionem columnae aqueae indicatam ope globuli aerem continentis, et plus minusve aquam admittentis, atque adeo
 20 depressi aut emergentis, excogitavit quidam Italus, si bene memini, non Boyleus. Tubi tui varicosi imprimis placent ad usus quos notas, ut non sit opus observatione Thermometri continua, et tamen sciri possit; quis medio tempore maximus fuerit ascensus vel descensus. Follem ex materia durabili maxime desiderarem pro barometro portatili, aliisque usibus multis.

25 *Cosmotheori* Hugeniani praecedentes Tuae non meminerant: libenter intelligo prodississe, nam in rebus pulchris et magnis etiam conjecturae ingeniosae pretium habent.

3 elementa *erg. Lil, fehlt L* 6–8 Sic etiam . . . ultima. Si talia infinita et infinite parva, possibilia . . . esse. *erg. L* 7f. Si . . . esse *erg. Lil* 9 venio. (1) Et optimam simplicissimamque puto Oenometri

rationem Tuam novissimam, ope Tubi |  | *am Rand* | communis valvula intus foras spectante
 instructi. Cui si vicissim adjungas alium Tubum (2) Et quidem *L* 15 machinamentum *l, korr. Hrsq. nach L*


9 literarum: N. 212. 20 Italus: Leibniz denkt wohl an Gasparo Berti. 25 non meminerant: vgl. aber N. 205, S. 812 Z. 26 f.

In *Actis* nuperrimis non sine admiratione mea vidi primum Tschirnhusianam, deinde tuam Parabolici arcus sectionem. Vellem autem narratum fuisset qua ratione ille a Te in rectam viam fuerit reductus, id fecissem ego si mihi tale aliquid contigisset. Miraberis etiam expressionem dicentis, nihil methodum suam fugere, credo ex quo nostra intelligere coepit. Sed supersunt tamen adhuc fortasse in quibus haereat. Magna cum voluptate vidi methodum Maximi, quam ego ab initio statim, antequam etiam problema brachistochronae proponeres, maxime directam et generalem judicavi, et illi problemati adhibui, aliisque adhibendam si bene meministi, suaseram, pulchre a Te in rem praesentem isoperimetrarum usurpatam. Placet etiam quod appellatione Functionum uteris more meo. Loco isoperimetrarum liceret generalius adhibere figuras isodynamas secundum unam fungendi rationem, et ex iis reperire vel eligere eam, quae maximum aut minimum praestet alia fungendi ratione v. g. (in simplicissimo) eam quae ex aequae capacibus est brevissimi ambitus, quae est circulus; decussata ut sic dicam quaestione cum quaestione capacissimae ex isoperimetris. Saepe etiam ego utor functionibus differentiatis, neglectis differentiabilibus, ut si z sit functio ipsius x , tunc \dot{z} mihi est quantitas ordinaria quae prodit dz dividendo per dx seu $\dot{z} = dz : dx$. Signa in cujusque arbitrio sunt, mihi tamen non placet \times multiplicationem significare ob facilem confusionem cum x malo adhibere τ in, vel \wedge . Ut ZC in LM , vel $ZC \wedge LM$. Imo saepe simpliciter duas quantitates puncto interposito conjungo, multiplicationemque designo, $ZC.LM$. Hinc in rationibus designandis non utor puncto, sed duobus punctis, quippe quae simul apud me signum sunt divisionis, itaque pro tuo $dy.x :: dt.a$ scribo $dy : x = dt : a$ idem enim est dy esse ad x ut dt ad a , quod dy divisum per x aequari ipsi dt diviso per a . Ex qua aequatione etiam consequuntur omnes proportionum regulae. Nondum satis attente examinare vacavit, an nihil

11 et ex iis reperire vel *erg. L* 11 aut minimum *erg. L* 13 quaestione cum inquisitione capacissimae *L* quaestione (1) brevissimae (2) capacissimae *Lil* 18 vel $\wedge \dots ZC \wedge LM$ *erg. L*
 19 designo, $ZC \cdot LM$ *L*

1 Tschirnhusianam: vgl. E. W. v. TSCHIRNHAUS, *De methodo arcus curvae parabolicae inter se comparandi*, in: *Acta erud.*, Juni 1698, S. 259–261. 2 tuam: vgl. Joh. BERNOULLI, *Investigatio algebraica arcuum parabolicorum assignatam inter se rationem habentium*, in: *Acta erud.*, Juni 1698, S. 261–267. Tschirnhaus hatte eine frühere Fassung dieses Artikels (N. 165) gesehen und die dort gemachten Behauptungen angefochten, vgl. N. 182. Seine in *De methodo, a. a. O.*, vorgestellte Methode stimmt jedoch im wesentlichen mit Bernoullis überein, ohne Bernoullis Namen zu nennen. 8f. isoperimetrarum: vgl. N. 206. 16 Signa: vgl. Leibniz' Änderungen in N. 206.

referat ad maximum, quam sumas arbitrariam constantem C in summando addendam vel subtrahendam quo posito infinitae erunt curvae quaesitae praestantes idem seu aequae maximum; alioqui oporteret ex ipsis C rursus eam quae maximum praestet eligere. Ad linteum haec noto pro gravitatione particulae FC clarius dici potuisse ejus gravationem; solet enim gravitatio sumi active, gravatio passive; sed haec minuta sunt. Illud putem; si



liquor superstet linteo, ut contineatur et linteo BFN et rectis RB ,] SN , ipsius quoque centrum gravitatis, cum idem semper liquor maneat utcunque mutata lintei figura, maxime descendere, sed res tamen eodem redibit. Consensus duarum Methodorum directae et indirectae egregius est, tum pro illis qui haec altius non introspiciunt, tum pro nobis ipsis, ut calculi errores, aut ratiocinii paroramata melius vitemus. Dn. Menkenius tuae sectioni arcus parabolici adjecit tuam demonstrationem tautochronismi Cycloidis, et Censuram in La Hirium nonnihil puto temperatam. Scribit mihi in proximis *Actis* comparere debere Davidis Gregorii *Catenariam* ex transactionibus. Rectius consulisset nos prius, an aliquid afferat dignum referri. Sed ille exterorum benevolentiam captat, secus quam exteri faciunt nostris.


Pene oblitus eram dicere, quod tamen fortasse jam Tibi notum est, Dominum Fratrem Tuum specimina quaedam dedisse in *Actis*, primi Problematis a Te in diario Gallico

1 constantem *erg. L* 4f. gravationem; (1) enim gravitatio activa est, gravatio passiva (2) solet ... passive *L*


3 eligere: vgl. Bernoullis berechtigten Einwand, N. 219, S. 876 Z. 14 ff. 4 linteum: vgl. N. 206, S. 820 Z. 5 ff. 11 tuae: Joh. BERNOULLI, *Investigatio algebraica*, a. a. O. 12 Scribit: vgl. den Brief Menckes an Leibniz vom 30. Juli 1698 (I, 15 N. 464). 13 *Catenariam*: D. GREGORY, *Catenaria*, in: *Phil. Trans.*, Aug. 1697, S. 637–652, nachgedr. in: *Acta erud.*, Juli 1698, S. 305–321. 17 *Actis*: Der Aufsatz Jac. BERNOULLI, *Solutio sex problematum fraternalium in Ephem. Gall. 26 Aug. 1697 propositorum*, in: *Acta erud.*, Mai 1698, S. 226–230, enthält Lösungen zu Joh. BERNOULLI, *Problemes à résoudre*, in: *Journal des sçavans*, 26. Aug. 1697, S. 636–638. Die Aufgaben, bis auf die erste über kürzeste Linien, waren vorher schon von L'Hospital bearbeitet worden, vgl. N. 164, S. 672 Z. 5 – S. 673 Z. 3. Jac. Bernoulli bestimmte eine Gleichung für kürzeste Linien auf Konoiden und Sphäroiden.

propositi, et a Domino Marchione Hospitalio praeteriti, pro linea minima inter duo puncta ejusdem superficiei. Sed non dicit an possit generaliter. Memini me Tibi dudum scribere quod mihi occurrerit Methodus generalis. Pono superficiem constare ex portionibus superficierum, in quibus minimae jam duci possunt, quales sunt planae aut sphaericae, tanquam elementis. Nam in plana minimae sunt rectae, in sphaera minimae sunt arcus magni. Jam quia ex Methodo mea generali directa, formarum Maximum minimumve praestantium, etiam linearum minimum praestantium portiones utcunque parvae minimum praestant; Itaque ex puncto unius portionis seu hedrae (quod eligi potest maxime determinatum) ad punctum alterius proximae portionis, quaerenda est via minima composita ex minimis viis in utraque hedra ad punctum in communi hedrarum, sectione ita sumtum, ut summa sit possibilium minima. Sint hedrae (nempe portiones planorum vel

5
10



1-862,11 propositi, (1) pro linea in superficie minima inter duo puncta superficiei sed non dicit an possit generaliter. Memini me Tibi dudum scribere, videri me methodum generalem (a) reperisse (b) habere. (aa) Fingo superficiem (constare) ex (portiunculis) superficierum sphaearum tangentium vel



si mavis osculantium. | *am Rand gestr.* | (bb) ex illo scilicet meo formae max. vel minimum praestantis principio, et scilicet succedat res in particula quantulacunque. Itaque superficies data ponatur constare ex portionibus sphaearum tangentium, vel si mavis osculantium, (— — — —) in arcu circuli (—) fingo ex (aaa) duobus punctis (bbb) iis sint ducendi superficiei portionum sphaearum (—) duo arcus magni ad unum punctum sectionis communis (—) qui se secabunt punctis duobus qui sunt puncta indefiniti vicina superficiei datae (ducuntur puncto sumto) talis ut summa arcuum magnorum $SP + (---)$ sit minima (—) infinite parva linea in data superficiei sphaerica ducenda (ad) puncta (sua) minima (—) talis lineae habebitur proprietas Harum linearum et deinde quaerenda est quae per duo puncta data transit. (Eqvem) quia praestant portiones superficierum sphaearum praestabunt et portiones planorum (2) et a . . . R et S, (a) in hedris istis diversis posit *bricht ab* (b) quae . . . datum. L

2 scribere: vgl. N. 168, S. 687 Z. 17-20 u. Erl.

sphaericarum superficierum datam superficiem tangentium vel si in sphaeris malis, osculantium) LMN et PMN : haec plana aut hae superficies sphaericae, vel hedrae, habeant communem in superficie data sectionem MN . Et sint duo puncta datae superficiei sibi indefinite vicina, R et S , quae in hedris istis duabus determinatam maxime (ob facilitatem calculi) positionem habere intelligentur: quaerendum est sectionis Hedrarum communis MN , punctum tale T , ut minimarum ab R et S ad T , nempe ipsarum RT et ST (quae in hedris planis sunt rectae, in sphaericis arcus magni) summa $RT + ST$ sit omnium possibilium minima; et determinatio puncti T dabit naturam lineae in superficie data ducendae, inter puncta sua minimae, generalem. Et harum linearum eae deinde eligendae infinitae, quae transeunt per punctum datum, et ex his demum una (regulariter) quae a puncto dato tendit ad alterum punctum datum. Quod si Tibi alia occurrerit via, tanto erit gratior. Sin hanc ipsam excolueris, etiam sic jucundum erit, intelligere Tuo studio eruta, materia enim pulchra est et Te digna: Vale.

Deditissimus

Godefridus Guilielmus Leibnitius

15 Dabam Hanoverae 29 Julij 1698.

216. LEIBNIZ AN DENIS PAPIN

[Hannover, 8. August 1698]. [214. 220.]

20 **Überlieferung:** *L* Konzept: LBr. 714 Bl. 307.309.139–140. 2 Bog. 4°. 5 S. Auf dem zweiten Bogen befindet sich auch *K* von N. 214. — Gedr.: 1. GERLAND, *Briefw.*, 1881, S. 234–236 (nur das Postskriptum); 2. PAPIN, *Ouvrages* 8, 1893, S. 81–86 u. S. 20–22.

Monsieur

Je suis bien aise d'avoir sçû, ce qui vous arreste encor dans ma derniere demonstration. Mais il me semble que s'il n'y a que cela, l'affaire est faite. Car

13 eruta Vale *Schluss von L* 13–15 materia ... Hanoverae (1) 27 (2) 29 Julij 1698 *Lil*

Zu N. 216: Die nicht gefundene Abfertigung antwortet auf N. 214 und wird beantwortet durch Papins Schreiben vom 28. August 1698 (N. 220). Die Datierung ergibt sich aus Leibniz' Bemerkung auf der Abfertigung von N. 214 sowie aus Papins Erwähnung des Stücks in N. 234. 22 f. demonstration: vgl. N. 188.

(1) Je parle icy de l'Action ou du mouvement qui se fait par un corps considéré sans pesanteur dans un milieu qui est considéré comme ne résistant point; où rien ne se fait que le seul transport du corps d'un lieu à l'autre.

(2) Si on vouloit absolument trouver une maniere de resistance pour l'estime de toute action on la pourra encor trouver icy, et on ne laissera pas de venir à ce que j'ay supposé; car on peut dire que le corps resiste au mouvement ou transport par l'espace suivant son inertie naturelle, et qu'il resiste d'autant plus qu'il doit estre transporté plus viste par un même espace. 5

(3) Quand même le milieu resisteroit, il est tousjours permis et même nécessaire d'en faire abstraction et de considerer l'estime de l'action en elle même, ou en ce qui luy est essentiel *effectum formalem*. 10

(4) Je m'imagine que presque tous, ou la plus part m'accorderont cette demande, supposition, ou Axiome, que les actions d'un corps qui se meut prises en elles mêmes, ou sans pesanteur et sans resistance d'un autre objet ou d'un milieu, sont en raison composée des espaces et des vistesses, et même j'ay crû remarquer que l'Abbé Catelan et d'autres ont esté d'autant plus portés à contredire, qu'ils se sont imaginés, que je m'eloignois de cet axiome. 15

(5) Et je doute qu'il y en ait beaucoup qui le prennent pour une petition de principe. Car il y a bien de la difference entre ces deux propositions: les actions d'un corps qui se meut sont (en elles mêmes) en raison composée des espaces et des vistesses; et entre la conclusion que j'en tire: que les actions contemporaines sont comme les quarrés des vistesses. Il est vray que l'un suit de l'autre: mais il y a une infinité d'habiles gens qui ne verront pas aisement cette connexion, si on ne la leur demonstre, et qui seront bien plus portés sans comparaison à accorder la premiere proposition, qu'à accorder la seconde. 20

(6) J'ay encor accoustumé de donner un autre tour à ma demonstration tirée de ce principe, et ce tour peut estre (en le supposant, le dit principe ou *ex hypothesi*) vous 25

1 f. par un corps ... pesanteur *erg. L* 6 f. mouement (1) par son inertie (2) ou transport ... inertie *L* 9 et même nécessaire *erg. L* 12 f. (4) (1) qvand je diray qve je n'ay besoin qve de cette demande ou supposition (2) je m'imagine ... supposition, |ou Axiome *erg.*| qve les *L* 13 f. prises en elles mêmes, ou *erg. L* 14 d'un autre objet ou *erg. L* 15 f. des vistesses, (1) je crois qve la plus part de mathematici *bricht ab* (2) et même j'ay crû ... et d'autres *L* 25 f. de ce |même *gestr.*| principe *L* 26 estre (en (1) la supposant), ou (2) le supposant ... ou *L*

15 remarquer: vgl. LEIBNIZ, *Replique ... à M. l'Abbé D. C.*, in: *Nouvelles de la république des lettres*, Feb. 1687, S. 131–145.

plaira autant que l'autre maniere, à cause de sa simplicité, car il est plus à la portée de toute sorte de gens que la methode de la composition des raisons. Voicy cette maniere

in motu uniformi ejusdem corporis seposita gravitate et extrinseca resistentia

1) *Actio absolvens duos pedes duobus scrupulis secundis est duplum actionis absolventis unum pedem uno scrupulo secundo*

Haec propositio manifesta est, nam posterior actio praecise repetitur adhuc semel in priore

2) *Actio absolvens unum pedem uno secundo est duplum actionis absolventis unum pedem duobus secundis*

Hoc assumo ut axioma, uti jam dixi, seu ut propositionem dignam admitti

3) *Ergo Actio absolvens duos pedes duobus scrupulis secundis, est quadruplum actionis absolventis unum pedem duobus scrupulis secundis*

(7) En meditant sur mon axiome, on voit bien qu'il est raisonnable. Car mettant à part tout exterieur n'est-il point vray que tout l'effect reel, difficulté ou resistance dont il s'agit icy se determine directement et immediatement par l'espace et par la vistesse; et qu'ainsi l'espace et la vistesse doivent entrer dans l'estime; or on ne trouvera point de raison de les faire entrer autrement que par une simple composition des proportions.

(8) Il est bien plus raisonnable aussi de dire que les actions sont en raison composée des espaces et des vistesses, que de prendre toute autre composition de raisons. En disant, par exemple, que les actions sont en raison composée des velocités et des temps; on tombe dans l'absurdité. Car les velocités estant sans doute elles mêmes en raison composée de la directe des espaces, et de la reciproque des temps, il s'ensuit que les actions seroient comme les espaces parcourus: Ainsi il n'importeroit point pour la grandeur de l'action avec quelle vistesse le mobile fournisse sa carriere, ce qui est absurde. Mais cette absurdité s'evite dans mon estime, où les actions sont en raison composée de la simple des temps, et de la doublée des vistesses. Si quelqu'un disoit que les actions sont en raison composée de la directe des velocites, et de la reciproque des temps, il tomberoit dans une autre

1 f. la portée (1) de ceux qui sont moins Geometres, la voicy ce (2) de toute sorte de gens (a) La voicy (b) que la methode ... maniere L 4 absolvens (1) unum pedem uno secunda (2) duos ... secundis L 14 que (1) l'effect reel, dont (2) tout l'effect ... dont L 15 directement et immediatement erg. L 19 des vistesses, (1) ou bien en raison composée de la directe des espaces, et de la reciproque des temps (a) qui ont en effect les <—> bases en ce (b) puisque l'espace et le temps sont les bases de toute la mesure en ces matieres; (2) que de ... raisons L 21 sans doute erg. L 23 pour (1) le même espace (2) la grandeur L 26 des (1) velocités (2) vistesses L 26 que les (1) espace bricht ab (2) actions L

absurdité; car l'action seroit d'autant plus grande, qu'elle dureroit moins avec la meme velocité. Enfin disant que les actions sont en raison composée de la directe des espaces et de la reciproque des temps ce qui est plus simple, et paroist d'abord ainsi le plus raisonnable; on tombe encor dans l'absurdité. Car les actions seroient simplement comme les vistesses, et il n'importeroit point quelle durée elles auroient, ainsi une action courte d'une velocité uniforme seroit aussi grande que si elle duroit davantage avec la même vistesse et par consequent la partie seroit égale au tout puisque la même action est redoublée par la durée. On voit par là que de quelque maniere qu'on se tourne on sera obligé de revenir à mon estime.

(9) Mais quand cet Axiome ou Principe si simple et si raisonnable que les Actions dont il s'agit sont en raison composée des espaces et des vistesses ne seroit qu'une Hypothèse; le grand succès et l'accord, qui se trouve en tout de quelque maniere qu'on se prenne pour le combattre, et quels examens qu'on le fasse subir par l'expérience ou par la raison, le doit autoriser. Et y joignant encor son consentement avec cette autre demonstration prise de la composition des mouvemens dont vous reconnoissés la force; j'ay de la peine à croire, Monsieur, qu'en remarquant tout cela vous puissés vous empecher d'en estre frappé, et de le reconnoistre meme, suivant vostre sincerité ordinaire; puisqu'on voit encor par là la source de l'erreur commune en ce qu'on a confondu la quantité de l'action qui se conserve veritablement avec ce qu'on appelle abusivement la quantité du mouvement et qu'on devoit plus tost appeller la quantité de l'effort, *quantitatem potius nisus quam motus; nam motus idem est quod ipsa actio movendi*.¹

Voicy icy le Post Scriptum


Je crois de voir la raison pourquoy Monsgr le Landgrave a employé un autre pour elever l'eau sur la tour de son chasteau. C'est qu'il a mieux aimé que vous laissez faire des

¹ (Daneben in einem rechteckigen Kasten umrahmt:) P. S. in alia Scheda

5f. les vistesses, (1) ainsi meme le tant seroit real à sa partie une action (2) et il n'importeroit point ... action courte (a) faite avec la meme vistesse (b) d'une velocite uniforme seroit aussi grande (aa) qve une action plus longue pourveu qve la vistesse fut egale (bb) qve si elle ... la même vistesse L 10–12 Principe (1) ne seroit qu'une simple Hypothese (2) (qve nous aurions susmentionnées) (3) si simple ... ne seroit qu'une Hypothese L 12 qui se trouue en tout erg. L 14 le doit (1) frapper. Et considerant (2) autoriser. Et y joignant L 16 qv'en (1) considerant (2) remarquant L 19f. la quantité de (1) l'element du moueuement, ou de ce qvi y est momentanee (2) l'effort L 24 vous (1) fassies (2) laissez faire *erste Stufe nicht gestr. L*

23 le Landgrave: Karl von Hessen-Kassel.

- choses extraordinaires, que de vous employer à celles, qu'un autre feroit aussi, quoyqu'il ne les fera pas si bien. Je comprends fort bien que la force de l'eau dilatée fera encor plus que la pression de l'air fera quand elle sera recondensée et c'est justement ce que j'avois pensé aussi bien qu'à l'égard de la poudre à canon, où pourtant on a sujet de
- 5 craindre que les vases ne se rompent si on ne luy donne point de jou[e]r à cause de la promptitude de l'explosion. Mais à l'égard de l'eau l'effort de sa dilatation sera moins violent, il seroit bon de voir s'il n'y a des liqueurs qui feroient encor mieux que l'eau. Mais l'eau a cela de bon, qu'elle ne couste rien, et se trouve par tout. Mon dessein estoit de faire une épreuve pour apprendre si l'eau dilatée peut elever utilement beaucoup plus
- 10 que la colonne de l'air. Mais je manque d'ouvriers icy, mais je suis plus distrait que je ne sçauois expliquer. C'est ce qui m'avoit empêché d'executer mon dessein. Mais je suis bien aise maintenant d'apprendre que vous avés déjà fait, Monsieur, l'expérience dont il s'agit et vous sçaurés ainsi à peu pres qu'elle est la force de l'air interieur selon la chaleur et le temps.
- 15 J'ay eu d'ailleurs des pensées pour faciliter le charriage, quelle que pourroit estre la force qu'on y doit employer. Et je crois qu'elles serviroient encor icy en bien des rencontres.



2 que (1) (—) (2) l'explosion (3) la force de l'eau L 5f. point de jouer (1) à l'égard de l'eau je m' imagine que l'effort de sa explosion (2) à cause ... à l'égard de l'eau L 6f. moins violent, (1) d'autant qu'elle n'a point besoin d'estre allumé comme la poudre (2) plus qu'elle ne s'allume point, comme la poudre (3) il seroit bon ... encor (a) plus (b) mieux que l'eau L 9 elever (1) plus que (2) utilement beaucoup plus L 10 je manque (1) du (2) de bons ouvriers (3) d'ouvriers L 13f. et vous sçaurés ... le temps erg. L 16f. employer. (1) On les pourroit peut estre combiner (2) Et je crois ... icy (a) pour les tuyaux qui doivent (b) en bien des rencontres L

On pourroit s'exemter dans ces machines pneumatiques des tuyaux exactement fermés par le piston et regulierement egaux; par le moyen du Mercure, qui empeche- roit l'air de passer entre le piston et le corps de la pompe par ce que le mercure feroit luy meme à la faveur tant du creux *ab* entaillé dans l'apaisseur de ce corps, que de la hauteur du corps et du piston, *de* un cylindre capable par sa hauteur de contrebalancer l'effort de l'air. La hauteur *ab* seroit telle que lors que le piston est le plus elevé ou sorti il reste tousjours encor enfoncé dans le creux à la hauteur du barometre, pour balancer la pesanteur de l'air exteriere. Et la hauteur *bc* ou *de* seroit telle que le mercure pourroit encor balancer par son moyen la pression de l'air interieur produit par la dilatation de l'eau. Ces cylindres du Mercure suffiroient quelques minces qu'ils pourroient estre; et par ce moyen on pourroit obtenir et employer aisement toute sorte de tuyaux propres pour ces sortes de desseins, et retrancheroit encor la friction. Mais comme le Mercure seroit tousjours en balancement, on pourroit peut estre l'employer à aider le mouvement du piston à fin que cette force ne fut point perdue entierement. Tout cela pourroit avoir de l'usage en bien des rencontres; mais il ne seroit point si propre pour le chariage. On pourra objecter à l'employ de la dilatation qu'on n'a pas besoin d'elever autre chose que le cylindre de l'air, jusqu'à ce que l'air exterieur et interieur soyent d'une constance egale. Car le cylindre de l'air rend à la machine la force qu'il a receu. Mais la reponse à cela est qu'il faut employer promptement l'air exteriere avant qu'il se refroidisse sur de l'entrevenir dans la dilatation. Cela cousterois du feu, qu'on peut employer plus utilement à des dilatations nouvelles.

1 s'exemter (1) des tuyaux (2) dans les machines ... tuyaux *L* 3 f. feroit luy meme (1) un cylindre qvi balanceroit (*a*) sur l'effort de l'air (*b*) par sa (*aa*) ⟨hauteur⟩ (*bb*) l'effort de l'air ⟨celuy⟩ pourroit avoir de l'usage (*aaa*) en bien (*bbb*) dans un creux (*ccc*) par le moyen du creux (2) à la faveur tant du creux *L* 4-6 corps, (1) capable de contrebalancer un cylindre (2) qve de la hauteur ... l'effort de l'air *L* 6 de l'air | Cela pourroit estre utile en bien des rencontres mais il ne seroit point propre pour le chariage *erg.* | La hauteur *L* 6 f. le piston est (1) elevé ou sorti il reste tousjours encor (*a*) la hauteur de barometre (*b*) enfoncé (2) le plus elevé ... du barometre *L* 7 f. du barometre, (1) et la hauteur *ac* deuroit estre assez grande pour (*a*) ⟨resister⟩ (*b*) balancer meme la di *bricht ab* (2) pour balancer la pesanteur *L* 9 f. son moyen la (1) dilatation de l'air interieur produit par la ⟨transaction⟩ (2) pression ... de l'eau *L* 11 on pourroit (1) avoir des grands (2) obtenir ... de tuyaux *L* 11 toute sorte ... propres *erg.* *L* 14 entierement *erg.* *L*

217. MAGNUS GABRIEL BLOCK AN LEIBNIZ

Florenz, 12. August 1698. [210. 227.]

Überlieferung: *K* Abfertigung: LBr. F 35 Bl. 3–4. LBr. 75 Bl. 34. 1 Bog. 4°. 1 Bl. 11 cm x 8 cm. 5 S. Zwei Bemerkungen von Leibniz' Hand. Eigh. Aufschrift. Siegel. Postverm. Bibl.verm.: „S. die Korrespondenz mit dem Pr. Jean Gaston v. Toscana“ u. „12. Aug. 98“. — Gedr.: J. NORDSTRÖM, *Leibniz och Magnus Gabriel Block. En Brevväxling*, in: *Lychmos. Lärdomshistoriska Samfundets Årsbok*, 1965–1966, S. 202–203.

Illustrissimo¹ Sig^{re}

I Sig^{ri} essecutori del testamento del fù S^r Bodenhausen m'hanno finalmente doppo reiterate istanze consegnato i manoscritti matematici di detto S^{re} e frà di quelli il desiderato trattato delle forze moventi con le lettere di V. S. Ill^{ma}. Ora come io sono di partenza per Vienna havendo chiesto la mia total licenza dal Servizio del Gran Duca, voglio per maggior sicurezza portarli meco, portendosi forse dare il caso che io frà breve in persona possa riverire il merito infinito di V. S. Ill^{ma}. Comunque sia fò conto di non lasciargli

¹ (Darüber von Leibniz' Hand:) respondi

Zu N. 217: Die Abfertigung kreuzt sich mit den Leibniz' Schreiben vom 30. Juli 1698 (N. 210). Möglicherweise schrieb Block noch einmal an Leibniz aus Florenz; vgl. das (nicht datierte) an Leibniz adressierte Kuvert (*K*²) von Block aus Florenz. Dieser Briefumschlag kann aber auch Teil der vorliegenden oder einer vorangegangenen Sendungen sein. Wir drucken den Text auf diesem Kuvert als *K*² an dieser Stelle am Schluss von Blocks Korrespondenz aus Florenz. N. 217 wird zusammen mit den beiden folgenden Schreiben (N. 227 und N. 232) durch N. 239 beantwortet. 5 Korrespondenz . . . mit dem Pr. Jean Gaston: Diese Korrespondenz besteht aus zwei Stücken und zwar Leibniz' Schreiben an den Prinzen Giovanni Gastone von Toskana vom 30. September 1698 (I, 15 N. 547) und Giovanni Gastones Antwortschreiben vom 20. November 1698 (I, 16 N. 173). Beim Bibliotheksvermerk handelt sich hier um eine Verwechslung mit dem Erbprinzen Ferdinand. 9 I Sig^{ri} essecutori: Orazio Della Rena und Pietro Andrea Andreini; vgl. auch das Schreiben Andreinis an Leibniz vom 9. August 1698 (mit dem die aus Bodenhausens Nachlass für Leibniz bestimmten Schriftstücke an Block übergeben wurden) und vom 19. August 1698 (I, 15 N. 477 bzw. N. 493). 10 i manoscritti matematici: vgl. das nach Hannover gelangte Material in LBr. 79 Beilage 1–6. 10 f. il desiderato trattato: Leibniz' *Dynamica de potentia et legibus naturae corporeae*; vgl. N. 199 Erl. 11 le lettere: Der Briefwechsel mit Bodenhausen kam zurück und liegt in LBr. 79; vgl. die Korrespondenz mit Bodenhausen in den Bänden III, 4–III, 6 und im vorliegenden Band. 12 Gran Duca: der Großherzog Cosimo III.

dal S^r Mendlin à Venezia già che vò in un luogo più vicino ad Annover, ove non potrà mancare congiuntura opportuna per ricapitarli sicuramente à V. S. Ill^{ma}, quando anche io non avessi la ventura di presentarli a V. S. Ill^{ma} assieme col mio ossequio in persona.

Con l'occasione di Licentiarli dal S^r Principe di Toscana inchinai V. S. Ill^{ma} come la m'impose ed il S^r Principe lo gradi infinitamente, mostrando quella stima per la persona di V. S. Ill^{ma}, che per le sue eccelse ed eminenti virtù se l'hà meritato. Mi diedi anche l'incombenza il S^r Principe di scriver à V. S. Ill^{ma} sopra seguente particolare.

Giorni sono capitò quà un certo religioso Spagnuolo huomo di prodigiosa e divina memoria ed imaginativa, il quale poteva recitare fin à 150 parole propostegli di differente natura non avendo connessione veruna trà di esse, nel modo come seque v. g.

Pane 1	Se se gli dimandasse à che numero	
Scarpe 2	sta la donna rispose per appunto a	
Casa 3	n ^o 5 e de gli s'interrogava qual	
historia 4	parola si trova à n ^o 7 harebbe detto	
donna 5	p a s t e g g i a r e e s'essibi di dirgli	15
vino 6	15 giorni dopo. Anzi un anno e	
pasteggiare 7	poi li poteva recitare a dritto e rovescio	
etc.	per fila ed interrottamente come uno volesse.	

E ciò faceva più volte in un giorno per essemplio nella Camera del Gr. Duca v'era uno che ad arbitrio proprio sceglieva e notava in carta le parole più strane et diverse col suo numero, di lì ad un poco dopo avergli ravvisati ò ripassati due volte lo seppe à mente, come io il pater noster e mille volte meglio e più distintamente. Lo stesso faceva nelle stanze del S^r Principe di Toscana della S^{ra} Principessa etc. E ciò in un di in differenti modi, secondo se gli presentossa l'assunto ò materia.

Ora come questa cosa giunge à tutti nuova, straordinaria, e mirabile, e s'è dato il caso che un alamanno di Sassonia, che qui si ritrova, hà lasciato Scapparsi di bocca non

20 f. Gr. Duca (1) ad arbitrio di quello che ivi notò (2) v'era ... e notava K

1 S^r Mendlin: Pandolfo Mendlein, der braunsch.-lüneburgische Agent in Venedig. 8 un certo religioso: nicht identifiziert. 8 f. huomo di ... memoria: Leibniz ging auf die Mnemonik in seinem Schreiben an Erbprinzen Ferdinand von Toskana vom 3. November 1698 (I, 16 N. 152) ein; vgl. auch das Antwortschreiben des Erbprinzen vom 6. Dezember 1698 (I, 16 N. 198). 24 Principessa: seine Gemahlin Violante Beatrix von Bayern. 27 un alamanno di Sassonia: ein gewisser Libbes (Lübbert) aus Hannover; vgl. I, 16 N. 152 und die dortige Erläuterung.

esser cosa tanto difficile come si figura, e che in Sassonia s'insegna per via di regola. Per tanto parendo al Sig^{re} Principe cosa impossibile l'imparare ciò per regola m'hà ordinato di significare ciò à V. S. Ill^{ma} col pregarla a voler in iscritto comunicare à Sua altezza; la sua opinione sopra questo particolare. 1^{mo} se egli è vero che in Sassonia s'insegna per
 5 regola? 2. se egli è un effetto di memoria ò d'immaginativa overo d'Algebra e per via d'abaco? con che, mentre eseguisco gli ordini di Sua Alteza, fò à V. S. Ill^{ma} umilissima riverenza e mi ratifico

di V. S. Ill^{ma} divotissimo servitore M. G. Block.

di Firenze à 12 di Agost. '698 St. n.

10 Io parto doppo dimani per Germania se V. S. Ill^{ma} vuol degnare un suo servitore vero di qualche suo comandamento lo puol indirizzare al S^r Ottavio Pestalozzi à Vienna si come ultimamente le significai.

A Monsieur Monsieur Leibnits Conseiller d'état de son Altesse Ser^{me} l'Electeur de Braunsvig.

15 *Hannover²*

218. LEIBNIZ AN JOHANN BERNOULLI

Hannover, 9./19. August 1698. [215. 219.]

Überlieferung:

20 *L* Abfertigung: BASEL *Universitätsbibl.* L I a 19 Bl. 115. 8°. 2 S. Markierung wohl von Joh. Bernoullis Hand. (Unsere Druckvorlage)

A Abschrift von *L*: BASEL *Universitätsbibl.* L I a 20 S. 182–183. 4°. $\frac{1}{2}$ S. besorgt von Joh. Jak. Burckhardt.

² (Daneben von Leibniz' Hand:.) de Monsieur Block à Florence

11 Pestalozzi: oder Pestaluzzi; vgl. N. 203 sowie die Erwähnung des Wiener Kaufmanns Pestaluzzi in J. Ch. Urbichs Schreiben an Leibniz vom 10. Mai 1688 (I, 5 N. 54).

Zu N. 218: Die Abfertigung folgt N. 215 und wird beantwortet durch N. 219. In *L* ist S. 871 Z. 4–6 am Rand mit einem mit schwarzem Bleistift wieder gestrichenen senkrechten Tintenstrich markiert, wohl von Joh. Bernoullis Hand, vgl. N. 215 Erl.

E Erstdruck nach einer unbekanntem Vorlage: *Commercium philos. et math.* 1, 1745, S. 395.
 — Danach: GERHARDT, *Math. Schr.* 3, 1855, S. 534.

Vir Celeberrime fautor Honoratissime

Accipio diarium Gallicum in quo responsio Dⁿⁱ fratris Tui. Omnino iudicavit ut
 divinasti Te ope linteï pervenisse ad quaesitum; sed non praevidit, Te etiam via alia 5
 directiore usum esse. Suadeo ego ne praecipites publicationem Tuam viae directae ob
 rationes olim allegatas. Vix enim nisi paucissimi possunt esse iudices et hi possunt priva-
 tim intervenire caeteris quales Dn. Tschirnhusius et Dn. Nieuwentiit, qui nostris non ita
 uti mihi videntur, ut aequum erat; tantum suppeditamus quibus alant suam ἀϋθάρδειαν
 beneficii accepti dissimulatricem. 10

Epistola Dⁿⁱ fratris Tui ad Dn. Varignonium directa est, quod ex eo iudico, quia
 ipsius theorema mechanicum de sinus laudat.

Uti se ait mea expressione divisionis per : commodo tyothesetarum. Poterat eodem
 modo etiam exprimere Rationem, ut nuper scripsi.

Ad priores me referens nihil nunc addo nisi ut valeas et me ames qui sum perpetuo 15
 Tuus.

G. G. Leibnitius

Dabam Hanoverae $\frac{9}{19}$ Augusti 1698.

4 responsio: Jac. BERNOULLI, *Extrait d'une lettre . . . du 26. Juin 1698*, in: *Journal des sçavans*, 4. u. 11. Aug. 1698, S. 560–574. Der nicht genannte Empfänger des Briefes, in dem Jac. Bernoulli die Lösung seines Bruders zum isoperimetrischen Problem zu erraten versucht, war Varignon, wie aus dem Folgenden hervorgeht. Leibniz hatte möglicherweise nur die Ausgabe vom 4. August erhalten, vgl. N. 221 Erl.
 5 via alia: vgl. N. 206. 7 rationes: Leibniz meint wohl die Gründe, aus denen er Joh. Bernoulli geraten hatte, seine direkte Lösung des Brachistochronenproblems nicht zu veröffentlichen, vgl. N. 17, S. 72 Z. 6 ff. u. N. 75, S. 314 Z. 11 ff. 12 theorema: Jac. Bernoulli spricht *a. a. O.* auf S. 566 von „votre beau Teorème“. Gemeint ist „Proposition fondamentale des poids soutenus“ in P. VARIGNON, *Projet d'une nouvelle mécanique*, 1687, S. 40 ff. 13 Uti: Jac. Bernoulli schreibt *a. a. O.* auf S. 564: „je marque la division par : à la façon de M. Leibnitz, pour la comodité de l'Imprimeur“. 14 scripsi: vgl. N. 215, S. 859 Z. 19 ff. 15 priores: N. 215.

219. JOHANN BERNOULLI AN LEIBNIZ
Groningen, 16./26. August 1698. [218. 221.]

Überlieferung:

K^1 Konzept: BASEL *Universitätsbibl.* L I a 18 Bl. 98–100. 1 Bog. 1 Bl. 4°. $5\frac{2}{3}$ S.

5 K^2 Abfertigung: LBr. 57,1 Bl. 252.254.253. 1 Bog. 1 Bl. 4°. 5 S. (Unsere Druckvorlage)

E Erstdruck nach einer unbekanntenen Vorlage: *Commercium philos. et math.* 1, 1745, S. 389 bis 394 (teilw.). — Danach und nach K^2 : GERHARDT, *Math. Schr.* 3, 1855, S. 528–533.

Groningae $\frac{16}{26}$ Aug. 1698

Vir Celeberrime atque Amplissime Fautor Honoratissime

10 Hactenus a D^{no} Voldero nullam accepi responsionem, an sit quod forte ipsi satisfecerim nescio; percuperem saltem nosse quid jam sentiat de sua objectione contra calculum infinitesimalem, quam insolubilem credidit nisi ad plurimum dicendo (hac enim responsione sibi ipsimet adblandiebatur) axiomata pro finitis quantitibus recepta non valere pro infinitis, ita ut sine contradictione duo infinita censi possint simul aequalia et inaequalia, pars infiniti aequalis toti infinito, simplum duplo etc. Sed cum valeat ubique nihil simul esse et non esse potest, responsionem nullam esse praevideram statim, et genuinam promiseram quam misi. Etiam mihi quandoque occurrerunt objectiones similes Tuae quam ipse Tibi in Gallia formasti, utilem et gratam rem faceres publico si tractatum ederes quem de hisce conscripsisti, et non ita pridem Varignonius hujusmodi diluendam mihi proposuerat circa descensum gravium. Instabit scio Volderus petere claram explicationem illius tertii quod praeter extensionem et impenetrabilitatem requiris in corpore:

9 Vir Celeberrime Fautor Honoratissime *Anfang von K¹* 15 f. Sed (1) hanc responsionem nullam esse praevideram statim. Valet enim ubique nihil simul esse et non esse potest. (2) cum ... potest K^1 18 f. formasti; et nuper admodum Varignonius K^1 18 f. utilem ... conscripsisti *am Rand erg. K²*

Zu N. 219: Die Abfertigung antwortet auf N. 215 und N. 218. Sie wird beantwortet durch N. 221. 10 responsionem: Bernoulli hatte de Volder am 7. Juli 1698 geschrieben (vgl. N. 213). 18 tractatum: Leibniz' Manuskript *De quadratura arithmetica circuli, ellipseos et hyperbolae* (Hrsg. E. Knobloch, Göttingen 1993). 20 proposuerat: vgl. den Brief Varignons an Bernoulli vom 26. August 1697 (Joh. BERNOULLI, *Briefw.* 2, S. 125–130).

Regeret forsan si tales monades status corporibus peculiares sive illas nomines formas
 substantiales sive res animabus (intelligentibus an sentientibus quod Voldero perinde
 est) analogas, monadem aut toti corpori aut parti attribuendam esse, non toti corpori
 quia potest dividi in partes a se mutuo independentes, non parti quia pariter in plures
 partes independentes dividitur: si vero corpus ex infinitis monadibus conflatum dicas, 5
 tunc quamlibet aut extenso aut non-extenso fore affigendam, si extenso licet infinite
 parvo priorem recurrere difficultatem nisi ad atomos recurrere velis, si non extenso ergo
 nihilo, quia ex non extensis non componi potest extensum: ita ut forte cogaris dicere
 quodlibet corporis punctum (dico punctum mathematicum indivisibile) peculiari monade
 seu tali anima donatum esse. Quantum ad vim elasticam, Tecum sentio nec forma nec 10
 anima nec spiritu opus esse ut illa corpori sit essentialis; rectissime namque mihi dicere
 videris, eam ex mechanismo seu structura corporis dependere posse: quemadmodum non
 opus est anima ut duo magnetes se mutuo attrahant vel repellant. Et ego sane saepius
 cogitavi annon quodlibet corpusculum quantumvis exiguum ita a Deo sit constructum ut
 pro ratione molis suae certam habeat copiam materiae longe subtilioris circa se et per se 15
 continuo perlantis ipsiusque quasi sphaeram activitatis constituentis: Tale quid etiam
 Newtonus statuisset videtur quando illum dicere memini omnia et singula corpora totius
 universi in se mutuo gravitare seu se mutuo attrahere; adeo ut meum corpus verbi gr.
 non magis versus centrum terrae trahatur habita ratione vicinitatis quam versus centrum
 Saturni aliusve planetae; praeterquam quod vacuum admittat Hugenio approbante ut 20
 ex *Cosmotheo* vidi. Nunquam me dixisse memini in divisione materiae ad elementa
 insecabilia aut ad minimas portione deveniri posse: sed hic non est quaestio quousque ego
 divisione seu actuali seu mentali pervenire possim, quaeritur quousque jam perventum sit,
 concedis materiae portionem finitam actu jam divisam esse in partes numero infinitas,
 et tamen negas aliquam istarum particularum posse esse infinite exiguum, quomodo 25
 haec cohaerent? nam si nulla est infinite exigua, ergo singulae sunt finitae, si singulae

7 atomos refugere velis K^1 9f. indivisibile) (1) non particulam infinite parvam (2) peculiari
 ... anima (a) instructu *bricht ab* (b) donatum K^1 15 materiae longae subtilioris K^1 16 continuo
erg. K^1

21 *Cosmotheo*: Ch. HUYGENS, *Κοσμοθεωρος*, 1698. Huygens unterstützt dort Newtons Theorie
 der Schwerkraft der Planeten (S. 16), allerdings erklärt er diese mit Materiewirbeln (S. 139–144). Dazu
 und zum Vakuum vgl. auch Ch. HUYGENS, *Traité de la lumiere ... avec un discours de la cause de la*
pesanteur, 1690, S. 162.

sunt finitae ergo omnes simul sumtae constituent magnitudinem infinitam contra hypothesin. Concipe aliquam magnitudinem determinatam dividi in partes geometrica hac progressionem descendentes $\frac{1}{2} + \frac{1}{4} + \frac{1}{8} + \frac{1}{16} + \frac{1}{32}$ etc. quamdiu numerus terminorum finitus est fateor singulos terminos fore etiam finitos, sed si omnes termini *a c t u* existunt, erit
 5 sane infinitesimus omnesque sequentes infinite parvae magnitudinis: atqui in quolibet corpore ob divisionem actualem jam factam non faciendam, *r e v e r a* et *a c t u* omnes termini talis progressionis existunt ergo etc. Praeterea corpus quod motu suo describit lineam, extitit utique *a c t u* in singulis punctis quae in illa linea concipere possum, ergo etiam in duobus quae ego concipio infinite sibi vicina, adeoque actu intervallulum illud
 10 seu particulam infinite exiguum emensum est. Tandem licet talis particula infinite parva non existeret separatim coexistit tamen cum toto: sed miror quod dicas quod si talia de quibus inter nos agitur infinita et infinite parva possibile esse concederes, etiam crederes esse; vellem ergo ut mihi demonstrares impossibilitatem; nam quemadmodum non tantum mihi tribuo existentiam eorum probare me posse, ita e contrario persuasissimus
 15 sum impossibilitatem ejus nullis argumentis posse evinci.

Gaudeo Tibi placuisse oenometri rationem meam, placet vicissim perfectio Tua pro reaffusione cognoscenda de qua ego non sollicitus eram, quia nec Galli illius automatarum machinulam id praestare intellexi, forte praestat. Sed quid si detractio vini et reaffusio aquae fiunt simul, ita ut quantitas liquoris in dolio nunquam mutetur, uterque sane
 20 tubulus Observatorem frustrabit; neque remedium video pro hoc. Caeterum valvulae etiam applicari possent Barometris et Thermometris communibus pro maximo ascensu et descensu explorando, unde tubis varicosis non esset opus: sed praevideo difficultatem applicationis valvularum, intra tubos vitreos.

Mirabilia mihi narras de Tschirnhausii modo procedendi; expectabam ab ipso agnitionem sui erroris et revocationem absurdae suae refutationis, imo et gratiarum actionem
 25 quod a me in rectam viam fuerit redactus: quid? loco horum rependere ingratitude, mihi furari inventionis laudem, dicere nihil methodum suam fugere; talia profecto Virum honestum non decent: ubinam antiquus ille candor, quem Dn. Menkenius impense adeo in illo extulit ut nullum unquam inter Eruditos Tschirnhausio candore parem vidisse

5 omnesque sequentes *erg.* K^1 6 actualem | quam concedis *gestr.* | jam K^1 11 separatim
 (1) existit (2) coexistit K^1 18 forte praestat *fehlt* K^1 26 fuerit reductus K^1

24 narras: vgl. N. 215, S. 859 Z. 1 ff. u. Erl. Zum Konflikt mit Tschirnhaus vgl. auch N. 165, N. 182 u. N. 200.


gloriatu fuerit (*ein ehrlicher Cavalier dessen gleichen ich unter gelehrten an candore, höflichkeit und dienstwilligkeit nie angetroffen*) aut magnus Hypocrita Tschirnhausius, aut caecus adorator Menkenius. Quicquid sit Dn. Menkenius non omnino est extra culpam, cur primum meum schediasma suppressit? cur secundum tam diu retinuit? cur Tschirnhausio communicavit antequam imprimeret? cur Tschirnhausianum meo praeposuit? cur publicum non monuit meum schediasma longe prius ad manus suas pervenisse et quidem jam tum cum Tschirnhausius rem adhuc impossibilem crederet? cur non monuit ut alibi fecit pro Tschirnhausio inventore, mihi deberi primam inventionem? si haec fecisset ex debito fecisset et prout nulli partium studio addictum deceret; sed video populari suo plus favere quam mihi, nec exterorum benevolentiam adeo captare quia suorum plus ambiat. Interim gestio scire an Tschirnhausio communicaveris meam responsionem ad futilem ejus refutationem, et quid Tibi rescripserit; optarem etiam ipsum admoneas ut mihi justitiam faciat, primam inventionem mihi publice attribuendo; quod ni fecerit intra hoc quod restat anni tempus, sciat me vulgaturum (non quidem in *actis* Lips. quia Dn. Menkenius non imprimeret, sed alibi) narrationem totius Historiae una cum priore meo schediasmate suppresso et ejus literis ad Te scriptis, meaque ad illas responsione, ut publicum videat quid inter nos privatim fuerit gestum et quantum ille hujus inventionis sit particeps; quae omnia procul dubio non vergent in ejus laudem sed sibi imputet si dando mihi quod meum est duriora praevenire noluerit.

Laetor admodum solutiones meas problematis isoperimetricorum duplici methodo inventas Tibi probari; animadvertisti, credo, me adhibuisse in methodo directa conside-

2f. Tschirnhausius, aut magnus ejus adulator est Menkenius. K^1 13 publice *erg.* K^1 16 ejus refutatione a Te scripta K^1 17 quid . . . gestum et *erg.* K^1 19 duriora *fehlt* K^1

1f. *ein . . . angetroffen*: Brief Menckes an Bernoulli nicht gefunden. 4 primum: Joh. BERNOULLI, *Modus genuinus arcus parabolicos inter se comparandi* (N. 165). 4 secundum: Joh. BERNOULLI, *Investigatio algebraica arcuum parabolicorum assignatam inter se rationem habentium*, in: *Acta erud.*, Juni 1698, S. 261–267. Er hatte das Manuskript als Beilage zu seinem Brief vom 26. April 1698 (N. 189) an Leibniz gesandt, der im Brief vom 23. Mai 1698 (N. 194) meldete, es an Mencke weitergeschickt zu haben. 5 Tschirnhausianum: E. W. v. TSCHIRNHAUS, *De methodo arcus curvae parabolicae inter se comparandi*, in: *Acta erud.*, Juni 1698, S. 259–261. 13 faciat: Keine der folgenden Forderungen und Absichten ist realisiert worden. 16 schediasmate: Joh. BERNOULLI, *Modus genuinus, a. a. O.* 16 literis: der Brief von Tschirnhaus an Leibniz vom 18. März 1698 (N. 182). 16 responsione: der Brief von Bernoulli an Leibniz vom 10. Juni 1698 (N. 200). 20 solutiones: Joh. BERNOULLI, *Solutio problematis isoperimetricorum* (N. 206). 21 animadvertisti: vgl. N. 205, S. 809 Z. 20.

rationem ellipticulae, prout ego ab initio statim conceperam, absque qua forte non tam facile pervenissem ad cognitionem aequalitatis arcuorum OX et $\omega\xi$, id quod palmarium est in hoc scrutinio. Elegans est conversio Tua quaestionis isoperimetricarum in isodynamarum, ubi scilicet ex omnibus figuris isodynamis seu ejusdem capacitatis quaeritur
 5 illa quae certa fungendi ratione producat aliam figuram brevissimi ambitus inter omnes illas quae eadem functione ab aliis isodynamis produci possent: sed problema hoc modo consideratum difficilius mihi apparet. Ad denotandam functionem alicujus quantitatis indeterminatae x , mallet uti litera majuscula cognomine X , vel graeco ξ ut simul appareat cujus indeterminatae sit functio, hoc levaret memoriam; quantum vero ad signum
 10 functionis differentiatae, facile adoptabo Tuum \mathcal{d} loco mei \mathcal{D} , quoniam simplicius est; ideoque in Tua est manu substituere illud in schediasmate meo. Reliqua quae mones circa notationem signorum vulgarium etiam ego approbo, interim malui morem receptum sequi quam novorum signorum definitionem praemittere, id quod commodius fieri potest conscribendo integrum tractatum. Lubens credam Te nondum satis attente examinasse
 15 an quid referat ad maximum, quam sumam constantem C in summando addendam vel subtrahendam; si enim vel tantillum attendisses vidisses facile revera infinitas debere esse curvas quae eadem functione maximum praestant; non tamen inde sequi, dari maximum maximorum; crescunt quippe illa maxima a 0 in infinitum. Sumamus ex. gr. casum simplicissimum, existente numero potestatis $n = 1$ problematis fraterni, ubi scilicet curva
 20 quaesita genitrix BFN et genita BZN est eadem curva, utraque nempe circulus, patet utique non modo semicirculum BFN quaesito satisfacere, sed quodcunque aliud segmentum vel majus ut BRN , vel minus ut BSN , ita ut BRN et BSN aequae faciant maximum inter suas respective isoperimetas quam BFN : hic vero nullum est maximum maximo-



12 vulgare *erg.* K^1

11 substituere: vgl. N. 206 Erl.

rum, quandoquidem BSN in infinitum diminui et BRN in infinitum augeri potest. Hoc apprime convenit cum mea generali aequatione $dy = \frac{dx \cdot X \pm C}{\sqrt{aa - \square X \pm C}}$, in qua si loco generalis functionis X substituatur x habebitur $dy = \frac{dx \cdot x \pm c}{\sqrt{aa - \square x \pm c}}$, seu summata aequatione $y \mp b = \sqrt{aa - \square x \pm c}$, quae aequatio est ad semicirculum BFN si $c = 0$, ad segmentum majus BRN si adhibeatur $-c$, et ad segmentum minus BSN si $+c$. Et quidem in hoc solo casu 5
quando $X = x$, omnes tres curvae BSN , BFN , BRN sunt cognomines nempe omnes circuli sed in reliquis omnibus casibus sunt diversi generis curvae (si ex. gr. $X = \sqrt{x}$, tunc assumpta $c = 0$, erit BFN cyclois, sed si sumatur $+c$ vel $-c$ tunc BSN vel BRN cessat esse cyclois).

